QH73
B4
1861-93

Berlin. Botanischer Garten.

Index seminum [et appendix]

1861-93 (i. e., 1861, 1867, 1871-73, 1875, 1887, 1889-93)

MISSOURI BOTANICAL
GARDEN LIBRARY

SHOUT
SHARE
IT

Dr. G. Engelmann

APPENDIX
PLANTARUM NOVARUM ET MINUS COGNITARUM,
QUAE
IN HORTO REGIO BOTANICO BEROLINENSI COLUNTUR.
1861.

POLYPODIUM (CYRTOPHLEBIUM) TAENIOSUM *W.* Sp. pl. V. 155; *Mett.* Polyp. 82; Campyloneurum angustifolium *Fée*; *Th. Moore* Ind. Fil. 222, ubi var. et synonyma conferantur.

Rhizoma superficialiter repens, horizontale, albopruinatum, paleis ovato-triangularibus longe acuminatis laxe tectum. Folia in superficie rhizomatis dense congesta, bi- tri-seriata. Phyllopodium brevissimum. Lamina mollius coriacea, anguste et elongato-lanceolata, utrinque sensim attenuata, basi longissime in petiolum decurrens, margine plus minusve revoluta, superficie opaca, pagina inferiore pallidior subnitida. Costa supra vix, subtus valde prominens. Venarum maculae difficile conspicuae, primariae valde obliquae, angustae, maculas secundarias paucas et soros 1-3 complectentes. Sori ad costam utrinque irregulariter 1-3 seriati, infraapicales. Venae soriferae apice valde incrassatae, in superficie folii squamulam calcaream gerentes.

Species antiquitus in horto culta, cujus descriptiunculam comparationis gratia adjeci (A. Br.).

POLYPODIUM (CYRTOPHLEBIUM) LUCIDUM *Beyrich* herb.; Polyp. taeniosum γ. *Mett.* l. c.; Campyloneurum lucidum *M. Sim.* sec. *Th. Moore* Ind. Fil. p. 225.

Rhizoma superficialiter repens, horizontale, pruina destitutum, paleis ovatis rotundato-obtusis fuscis tectum. Folia in superficie rhizomatis approximate alternantia. Phyllopodia brevissima. Lamina dure coriacea, anguste lanceolata, utrinque sensim attenuata, in petiolum breviorem vix pollicarem decurrens, margine plana, utraque pagina concolor et nitidissima. Costa supra valde prominens, subtus plana. Venarum maculae difficillime conspicuae, primariae paullo latiores, secundarias 3-5 et soros 3-4 complectentes. Sori ad costam irregulariter 2-3 seriati. Venae soriferae apice leviter incrassatae, squamula calcarea destitutae.

Accepimus hanc speciem, a praecedente notis indicatis, praesertim palearum forma abbreviata et reticulatione densiore optime distinctam, ex horto Van Houtte sub nomine Cyrtophlebii angustifolii. Specimina Beyrichiana herbarii Regii e Brasilia cum cultis omnino conveniunt. (A. Br.)

WOODWARDIA (DOODYA) NIETNERI *A. Br. et Bouché.*

Rhizoma crassum, erectum, supra terram elatum. Folia difformia, fertilia longius petiolata. Petiolus in foliis sterilibus 1-1½-, in fertilibus 2-3-pollicaris, paleis fuscis elongatis, longe acuminatis obsitus. Lamina foliorum omnium pinnatisecta, ambitu late lanceolata, supra basin panduriformi-constricta, apice caudato-elongata. Segmenta 4-6 inferiora libera, basi cordata, petiolulata; reliqua adnata, ala angusta inter se connexa, quorum infima praecedentibus liberis multo breviora, suprema subito in segmentum terminale valde elongatum confluentia. Segmenta e folii parte latiore foliorum sterilium late lineari-oblonga obtusa, basi parum dilatata, approximata; foliorum fertilium anguste lineari-oblonga acutiuscula basi utrinque auriculato-dilatata, distantia; sterilia aeque ac fertilia serrata, serraturis submuticis. Maculae Doodyae plerumque uniseriatae, vel hinc inde biseriatae. Sori distincti ad costas segmentorum, nec non ad costam folii primariam uniseriati vel rarius hinc inde biseriati, inter costam et marginem fere medii. Indusium planum, rectum vel lunulatum.

E sporis ab hortulano Th. Nietner ex insula Ceylon missis in horto botanico enata 1857.

Habitu et foliorum segmentis minus numerosis proxima est Woodw. diviti, quae foliis gaudet brevioribus et ambitu latioribus, praesertim vero segmentis adnatis infimis praecedentibus liberis non aut vix minoribus facile distinguitur (A. Br.).

WOODWARDIA (DOODYA) CAUDATA (*R. Br.*) var. scolopendrina.

Doodya monstrosa hort.

Folia quam in forma typica multo angustiora, linearia, inferne tantum pinnatisecta, parte superiore integra linguiformi inferiorem pinnatisectam longitudine, imo et latitudine paullo superante, sterilia paullo latiora brevissime petiolata, fertilia angustissima longe petiolata. Segmenta, exceptis infimis minimis liberis, adnata, decurrentia, foliorum sterilium oblique flabellato- vel subquadrato-rotundata, paullo longiora quam lata, fertilium brevissima, semicircularia vel semiobovata, duplo latiora quam longa, omnia nervosa quidem, sed ecostata, aeque ac pars integra folii subargute serrulata. Maculae Doodyae in segmentis folii sterilis paucae superpositae, in folii parte integra bi-tri-seriatae. Sori ad costam utrinque uniseriati, costae subapproximati, in segmentis solitarii. Petiolus et rhachis, ut in forma normali, pallide virescens.

Verisimiliter e sporis Woodwardiae caudatae normalis enatam vivam communicavit hortulanus meritissimus Lauche 1859 (A. Br.).

ASPLENIUM (DIPLAZIUM) KATZERI

Regel, Gartenflora 1860 p. 35, t. 282.

Specimina e sporis ab hortulano Nietner ex insula Ceylon missis in horto botanico culta cum descriptione Regeliana ante plures annos congruebant, nunc vero anno aetatis quinto filicem ostendunt speciosam, foliis in trunco humili quidem sed crasso et erecto 3-3½ pedes altis, pinnato-pinnatifidis vel perfecte bipinnatis. Quae folia, prioribus quae clar. Regel descripsit valde dissimilia, ipsa summam evolutionem nondum exhibere et insequentibus annis foliis bipinnato-pinnatifidis, imo tripinnatis cessura esse, ergo Asplenium Katzeri denique ab A. dilatato Hook. (Sp. Fil. III, 258) s. Diplazio dilatato Bl. (Enum. 194, Th. Moore Ind. p. 327), cui folia adeo composita adscribuntur, non differre suspicor.

Mirandum est folia simpliciter pinnata plantae junioris non minus quam seriora et magis evoluta fructificationem proferre, unde periculosa hujus speciei fallacia oritur. Singularis porro non solum formae, sed etiam nervaturae in foliorum successu mutatio, ita ut eadem species quoad diversae aetatis folia in dispositione a clar. Mettenio in monographia Aspleniorum proposita diversis sectionibus inserenda esset. Folia simpliciter pinnata (s. pinnatisecta) nervatione gaudent omnino polystichoidea i. e. per omnes gradus anadroma; hinc planta juvenilis insereretur inter A. C. c *β.* i. e. Asplenia polystichoidea, Diplazia, lamina pinnatisecta apice pinnatifida, segmentis subpinnatifidis prope A. Shepherdii (n. 171), quocum a Regelio quoque comparatur. Folia plantae provectioris pinnis (segmentis) profunde pinnatifidis vel iterum pinnatis (pinnatisectis) nervaturam phegopteroideam induunt, pinnulis (segmentis secundariis) in pinnis inferioribus 2-6 anadromis, in pinnis insequentibus catadromis; in apice folii simpliciter pinnato et demum pinnatifido cursus nervorum anadromus revertitur. Quoad folia hujus indolis species nostra ad sectionem B b. bb. i. e. Asplenia phegopteroidea, nervis liberis, subpinnatis vel pinnatis (Diplazia) pertineret, inter quae quoad variam foliorum evolutionem diversis locis inseri posset. (A. Br.)

ASPLENIUM (DIPLAZIUM) NIGRO-PALEACEUM

Kunze in Linnaea XXIV (1851) p. 270 (sub Diplazio); Diplazium arborescens hortorum, Kunze Ind. Fil. hort. 42; Asplenium arborescens Mett. Fil. hort. Lips. 78.

Species valde insignis, sec. Kunze insulae St. Helenae et montibus Nilagiricis indigena, ab Asplenio arborescente Boryi (sub Callipteride), Swartzii et Willdenowii (sub Diplazio) ex insula Borbonia distinctissima. Rhizoma breve, horizontaliter repens. Folia distícho ordine evolvuntur, eodem tempore pauca, erecta, ampla, 3-4-pedalia, omnibus partibus valde concinna. Petiolus 1-1½ pedalis, crassitie excellens (ad basin digitum aequans), obtuse tetragonus, facie, dorso et lateribus canaliculatus, paleis nigris ad basin dense, superne laxius obsitus. Paleae ovato-lanceolatae, longe acuminatae, retrorsum denticulatae. Rhachis primaria flexuosa i. e. ad pinnarum originem plus minus geniculata, e viridi sordide rufescens, praesertim in sulcis lateralibus minute nigro-paleacea. Lamina ovata vel oblonga, sensim acuminata, bipinnato-pinnatifida, superne sensim simplicior. Pinnas infimas paullo breviores duas sequuntur plures inter se aequales, c. 1½ pedes longae, brevissime petiolatae, oblongo-lanceolatae, longe acuminatae. Pinnulae numerosae (in pinnis maxime evolutis utrinque 15-18 distinctae), approximatae, sessiles, sed basi liberae, angulo recto patentes, versus apicem sursum curvatae, oblongo-lanceolatae, basi truncatae longe acuminatae, plus minus profunde pinnatifidae. Laciniae numerosae, angulo fere recto patentes, contiguae, breviter oblongae, obtusiusculae, obtuse serrulatae, infima utriusque lateris paullo major, auriculatim producta, retrorsum patens et rhachi incuba. Venae lacinias intrantes pinnatae, ramulis utrinque 6-7, in formis maxime evolutis 8-9, simplicibus, rarius bifidis, praeter ultimos omnibus soriferis. Costa pinnularum subtus, praesertim ad basin pinnulae, paleis nigris conspurcata; supra alis angustis distantibus marginata. Sori in laciniis optime evolutis utrinque ad costulam 5-6, rarius 7-8, elongati, costulae valde approximati, marginem non omnino attingentes; sorus in ramulo primo anteriori (costalis) diplazioideus. Substantia folii crassa, parum diaphana, potius mollis quam coriacea. Pagina folii superior obscure viridis, inferior pallidior, utraque omnino opaca, nonnunquam minute et parce albo-strigillosa.

Asplenium arborescens, cujus specimen fragmentarium Boryanum exstat in herbario Willdenowiano, nec non alia a cl. Gaudichaud et Boivin (874) lecta in herb. Regio, differt foliorum compage tenuiore quidem, sed duriore; superficie nitidula; rhachi pallide straminea, nitida (in speciminibus examinatis) omnino denudata; pinnulis angustioribus, evidenter petiolatis, basi angulo obtuso subcuneatis; laciniis laxius dispositis, non contiguis, infimis non majoribus, rhachin non tegentibus, venarum ramis minus numerosis, utrinque in maximo 5-6; pinnularum costa basi nuda, supra alis angustissimis supra costam complicatis marginata; denique secundum descriptionem Willdenowii caudice arborescente. (A. Br.)

GYMNOGRAMME STELZNERI

C. Koch, Wochenschr. 1858, p. 352 et 1859, p. 183.

Planta Laucheana, quam auctor l. c. cum

Stelzneriana eandem declarat, originem e G. pulchella et chrysophylla, qualem Stelzner suspicatur (Wochenschr. 1858, p. 246), certissime non duxit, prodiit enim teste ipso Lauche e sporis Gymnogrammes ferrugineae Knze. (lanatae Kl.) et secundum notas, quas praebet, omnino hujus et G. pulchellae Linden progenies hybrida censenda est. Cum stirpe Laucheana omnino congruentem accepimus ab hortulano merit. Aug. Nap. Baumann, qui suam quoque plantam in horto Bollwilleriano 1859 ortam hybridam habet e G. ferruginea et pulchella. Originem e G. ferruginea testatur praesertim pilorum elongatorum praesentia, quae non minus conspicua est quam in Gymn. Bouchéana aliisque hybridis e Gymn. ferruginea ortis (Ind. sem. h. Berol. 1854, p. 18; 1857, p. 1); G. pulchellae progenies pulvere albido passim adsperso et profunda laciniarum denticulatione probatur.

Specimina Stelzneriana, Laucheana et Baumanniana formam monstrosam exhibent a G. pulchella haud omnino alienam, foliorum scilicet apices eleganter cristatos (fasciato-multifidos).

G. WETENHALLIANA *Th. Moore* in Gard. Chron. 1860, p. 934 formam sistit simili modo cristatam, e sporis G. Peruvianae Desv. enatam, quae juxta G. sulphuream Desv. colebatur; ex auctore aut monstrosam G. sulphureae progeniem aut hybridam ejus et G. peruvianae. (A. Br.)

PANICUM (OPLISMENUS?) ESCULENTUM *A Br.*

Planta annua, erecta, 4-5 pedalis, habitu robusto Sorghum aemulans. Caulis crassitie digiti, usque ad inflorescentiam fere foliatus, leviter striato-sulcatus, cum nodis glaber. Foliorum vagina subcarinata, multistriata, glabra; lamina lanceolata, 1-2 pedes longa, pollicem et ultra lata, basi rotundata et utrinque in vaginam paullulum decurrens superficie laeviuscula, (apicem versus secus nervos scabra) dorso secus nervos et margine scabra, nervis primariis utrinque circiter 6, secundariis cujusque intervalli 11-13. Ptyxis convolutiva. Ligula plane nulla. Inflorescentia thyrsus spiciformis oblongo-cylindraceus, compactus, ramis spiraliter dispositis, (ut in formis majoribus Panici Italici) lobatus, stricte erectus, 4-6 poll. longus, pollicem et ultra crassus. Rhachis primaria sulcato-angulata, ad angulos pilis brevioribus scabra et hinc inde setis longioribus ciliata, ramis omnino fere occulta. Thyrsi partes primariae subsessiles, cum spiculis confertissimis ambitu ovato-lanceolatae, earum rhachis distiche ramulosa, ramulis spiculas iterum ordine disticho dense congestas brevissime pedicellatas plerumque geminatas et spiculam terminalem gerentibus. Rhachis secundaria et ramuli propter ramulos et spiculas ad latus externum convergentes postice denudati, triquetri, pilis setiformibus crebrioribus ciliati. Ramuli steriles setiformes, quales in Setariis inveniuntur, omnino nulli. Spiculae vix lineam longae, ovatae, altero latere tumidae, muticae, e viridi demum fuscescentes. Gluma prima quartam spiculae partem longitudine vix exsuperans, duplo latior quam longa, late truncata vel subretusa, medio paullulum apiculata, zona intramarginali fuscescente notata, margine pallidior subciliata. Gluma secunda spicula paullo aut vix brevior, late ovata, brevissime acuminata, quinquenervis, secus nervos prominulos scabriuscula et setulis raris longioribus armata. Gluma tertia (bractea »floris neutrius«) bracteam floris hermaphroditi longitudine aequans, septemnervis, ceterum glumae secundae omnino similis, bracteolam vix breviorem late ovatam, truncatam in axilla fovens. Bractea floris hermaphroditi latissime ovata, navicularis et medio dorso in umbonem producta, mucrone brevissimo incurvo terminata, pallida, laevigata, maturitate cartilaginea, nitidissima, e margaritaceo subfusca, nervis 5 conspicuis percursa. Bracteola floris hermaphroditi bracteam longitudine aequans, ejusdem coloris et consistentiae, sed dorso plana, utrinque prope marginem nervo carinata. Perigonii squamulae subquadratae, late truncatae. Styli elongati. Stigmata elongata, laxe aspergilliformia. Caryopsis matura facile solubilis, livida, fere magnitudine caryopsidis Panici miliacei, sed paullo brevior, apice inter bracteam et bracteolam paullulum hiantem subdenudata, ovato-subglobosa, ventre applanata, area embryonali ad $\frac{2}{3}$ longitudinis extensa.

E seminibus a Th. Schottmüller, expeditionis navalis Borussicae hortulano, e Japonia, ubi prope Jeddo et Jokuhama colitur, missis provenit.

Colebatur in horto Carlsruhensi 1846 sub nomine falso P. frumentacei, speciei Indicae longe diversae.

Species in sectione singularis, thyrsi forma Setariam potius referens. (A. Br.)

DRIMIA PETIOLATA *C. Koch et Bouché.*

Drymopsis maculata hort.

Folia ovato-lanceolata, petiolo profunde canaliculato, latere compresso praedita. Pedunculus elongatus. Flores horizontaliter patentes, denique dependentes, virescentes, sepalis apice cucullatis.

Species ex horto Kewensi in Berolinensem allata, habitu ad Dr. lanceifoliam accedens, foliis petiolatis praesertim distincta. Patria ignota, an Africa australis?

Bulbus exsertus, brunnescens. Folia ovato-lanceolata, saturate viridia, maculis nigro-virescentibus hinc inde adspersa, raro concoloria, ad basin laminae 5 pollices longae $1\frac{1}{2}$ pollicem lata, nervis longitudinalibus numerosis percursa, glaberrima, petiolo 4-6 pollicari, profunde canaliculato, latere compresso, elevato-striato praedita. Pedunculus 1-$1\frac{1}{2}$ pedes longus, racemo spiciformi 4-5 pollicari terminatus. Flores breviter pedicellati, primum roseo-albidi, horizontaliter patentes, demum virescentes, dependentes. Sepala erecta, 2 lin. longa, oblonga, apice cucullata, interiora latiora et breviora. Stamina virescentia, sepalis basi adnata iisque dimidio breviora, filamento lanceolato, anthera subrotunda, longitudinaliter dehiscente, dorso prope basin affixa. Pistillum longitudine staminum, germine depresso-globoso, sulcis 6 longitudinalibus percurso, stylo columnari germen aequante. Stigma apicale, minimum, integrum. Ovula in loculis bina, e basi adscendentia, anatropa, ovata. (C. K.)

ECHEANDIA

Orteg. nov. pl. hort. Matrit. descript. d. IX.

Char. emend. Perigonium corollaceum, sepalis trinerviis, interioribus latioribus. Stamina hypogyna. Filamenta clavata, annulis prominentibus instructa. Antherae saepe cohaerentes, nonnunquam liberae. Germen apice truncatum, triloculare, loculis multiovulatis. Capsula chartacea, loculicida, valvis medio septigeris. Semina atra, triangularia. Flores subterni, cernui, pedicello sub medio articulato.

Trachyandra Kunth differt floribus solitariis cum pedicello articulatis, sepalorum nervis tribus confluentibus, filamentis papillosis neque annulatis.

E. ELEUTHERANDRA *C. Koch.*

Folia basilaria rosulata, margine undulata; caulina rara, cauli superne ramoso adpressa. Flores aurei. Antherae liberae.

Accepimus hanc plantam, secundum specimina herbarii Regii Mexicanam et sine dubio a peregrinatore C. Ehrenberg in Europam missam ex horto Halensi sub nomine Trachyandrae echeandioidis, sed Echeandiae vindicandam esse censemus. Habitu cum Echeandia terniflora Ort. satis convenit, sed antheris liberis facile distinguitur. Folia basilaria circ. 5, ordine spirali rosulata, prope sesquipedalia, anguste lanceolata, pollicem latitudine vix superantia, margine undulata; caulina pauca, remota, sensim minora, adpressa. Caulis cum inflorescentia tripedalis, superne ramosus. Flores laxissime racemosi, in axilla bracteae lanceolatae acuminatae subscariosae albo-marginatae plerumque terni, pedicello bracteam aequante infra medium articulato insidentes, sub anthesi cernui, post anthesin erecti. Perigonium aureum, sub anthesi subrotato-apertum, post anthesin contractum et spiraliter contortum. Sepala oblonga, obtusa, 6-7 lineas longa, interiora latiora, nervis tribus viridibus apice conniventibus (sepalorum interiorum valde approximatis) percursa. Stamina a calyce omnino libera eoque dimidio fere breviora. Filamenta crassiuscula, subclavata, annulis transversis prominentibus quasi lamellosa, aurea. Antherae longitudine filamenti, oblongo-lineares, utrinque obtusae, introrsae, intense luteae, inter se omnino liberae. Germen oblongum, sulcis 6 exaratum, viride. Stylus germine duplo longior, stamina exsuperans, aurantiacus, subcurvatus. Stigma parvum, orbiculare, capitatum, albidum. Ovula in loculis biseriata, anatropa. (C. K.)

STATICE HUMBOLDTII *C. Bolle.*

(Sect. 2. Clinostachys Boiss.)

Statice pectinata var. *α.* Solandri Webb. Berth. Phyt. canar. p. 178, ex icone tab. 190, non hort. Kew.

Suffruticulosa vix pedalis, foliorum rosulis dense caespitosa, glaucescens, caulibus inferne pauci-ramosis humilibus fuscis foliorum vestigiis obsitis, foliis lineari-oblongis spathulatis basi sensim attenuatis in petiolum longiusculum semi-amplexicaulem margine squamiformem roseo-hyalinum, obtusis apice breviter mucronulatis, nervo medio pagina superiore sulcato, inferiore prominente, (foliis) crassiusculis subtus magis quam supra papillosis, scapis erectis strictis angulatis superne distincte triquetris, foliis triplo longioribus pauci-ramosis aphyllis, squamis caulinis late lanceolatis basi amplexicaulibus acutis vel obtusiusculis viridibus roseo-marginatis, margine hyalino albido intus rufo, spicis subcompactis secundis brevibus, spiculis 6-floris distiche in spicas scorpioideo-patentes dense imbricatas dispositis, bracteis inferioribus ovatis obtusis cinnamomeis hyalino-marginatis, superioribus illis duplo longioribus cymbiformibus fuscis latissime hyalino-marginatis dorso dense pubescentibus apice obtusissimis sublaceris, bracteolis internis minutis anguste lanceolatis acutis hyalinis, calycis tubo basi et in costarum rufarum interstitiis mediis albo-piloso limbi pallide lilacini ad nervos pilosi lobis profunde partitis crenatis acutatis apice obtusiusculis, corollis coeruleo-lilacinis.

Habitat in insulis Canariis Palma (Blauner) et fortasse Teneriffa (Webb); in Gomerae declivibus scopulisque maritimis inter vallis Hermigua ostium et vicum Agulo, ubi mense Octobri 1856, hanc plantam pulchram in consortio Schizogynes sericeae, Frankeniae ericifoliae, Argyranthemorum littoralium legimus.

Introducta in hortum a. 1856.

Stirps est a St. pectinata Masson toto habitu ita diversa, ut antequam in Gomera eam legimus, ipsum C. Webbium a Blaunero missa specimina pro nova specie declarantem audiverimus; tamen ab his ejus Iconem t. 190 distinguere nequimus. — Nomen immortale summi cosmographi, nunc, eheu plorandi, ferat prima haec Statice inter Fortunatarum plantas, in memoriam temporis, quo juvenis Alexander de Humboldt vastissimarum per orbem peregrinationum initio in Nivaria moratus est ibique cum Broussonetio de Gomera insula quam ab excelso vertice Teydensi procul spectaverat, ejusque geologia quoque disseruit.

Aliam ex eadem sectione generis Statices speciem hic in lucem edere liceat.

STATICE BRAUNII *C. Bolle.*

Fruticulosa pedalis glabra viridi-glaucescens (sicca calcareo-punctata) dense caespitosa, radice lignescente tenuiter fusiformi, caule lignoso brevi pennam anserinam crasso fusco-nigro ramis paucis abbreviatis foliorum vestigiis obsitis, foliis ad eorum apicem vel ad axillas squamarum scapi fasciculatis, superioribus solitariis, obovatis sensim in petiolum longiusculum attenuatis apice emarginato-obcordatis vel obtusis mucronatis, mucrone acutissimo tenui, scapis erectis vel arcuatim deflexis alternatim articulato-ramosis robustis, ramisque inferne anguste-triquetro-alatis, superne late alatis, ramis sterilibus numerosis aphyllis brevibus, squamis caulinis brevibus obtusiusculis fuscis hyalino-marginatis, sarmentis dense foliosis flexuoso-incurvatis apice saepe radicantibus, spiculis plerumque 3-floris in spicas densas scorpioideas imbricatas dispositis, bracteis glabris inferioribus late ovatis brevibus rufo-fuscis membranaceo-marginatis superioribus glabris subquadratis illis triplo longioribus fuscis membranaceo-marginatis, bracteolis intimis utrinque minimis acutis hyalinis, altera medio rufo-striata, calycis tubo unilateraliter secus costas duas proximas et ad limbi basin dense albo-piloso, limbo acute 5-angulato, striis fuscis e tubo limbum intrantibus, hoc pulchre lilacino-coerulescente (desiccatione albescente), corolla coerulea.

Habitat in alto litore boreali insulae Promontorii viridis St. Antão, magna copia ex gr. prope Paul et Punta do Sol. Floret Novembri. — Viro illustrissimo huic horto praefecto sacram esse volumus. (C. Bolle.)

ARGYRANTHEMUM CRITHMIFOLIUM *C. Bolle.*

Fruticulosum erectum ramosum circiter 1 pedale glaberrimum summopere glaucum, foliis succulentis punctulis minutis papillosis sessilibus pinnatisectis plurimis ternatis lobis lateralibus brevibus oppositis vel suboppositis plus minusve obsolete, terminali profunde trilobis clavato-obtusis, mucrone minimo apiculatis, subtus canaliculatis, nervo medio supra prominulo, pedunculis elongatis nudis sub capitulo incrassatis, involucri squamis carinatis margine ustulatis extremo late hyalinis irregulariter laceris, capitulis mediocribus solitariis radio albo ligulis bisulcis apice subtruncatis leviter 2-3 incisis, incisuris rotundatis, radii flosculis foemineis, disci hermaphroditis, receptaculo subconico foveolato, corollae tubo tuberculato, laciniis serrulatis, staminibus longe exsertis croceis, stylo laevi subdiaphano pallido, stigmatibus tuberculatis, achaeniis sulcatis apice dilatatis radii 3-alatis, disci 1 alatis vel alis obsoletis, pappo coroniformi corneo inaequali irregulariter dentato oblique truncato.

Folia circ. 1½ pollicaria, cum pinnis vix pollicem, rhachis inter pinnas paullo plus 1''' lata. Pedunculus 3-4 pollicaris. Radii diameter 1 pollicaris, disci 4 linearis. Radius post anthesin reflexus. Foliorum superficies sub microscopio crystallino-papillosa apparet. Haec species nobilis ab auctoribus vel ignorata vel immerito neglecta neque in Phytographia etiamsi opere splendidissimo et locupletissimo invenienda habitu gaudet proprio, insigni. Pappi forma inter Argyranthema gracile et frutescens locum tenet. Habitat in scopulis maritimis Teneriffae septentrionalis magna copia prope Tagananam. Floret per totum facile annum, etiam laetissime media hieme, Decembri et Januario.

Introducta in hortum anno 1856.

Est Pyrethrum crithmifolium Link in Buch Physik. Beschreib. Canar. p. 149 et Buch ibid. p. 165, nomen sine descriptione (teste Herb. Buch. No. 278), nec certe Willd., quod, specimine authentico in herb. Ill. viri sub No. 16201 inspecto, quamvis pessimum et vix cognoscendum exemplar sit, cum Candolleo pro Argyranthemi foeniculacei Webb. Berth. forma valde crassifolia habemus. (C. Bolle.)

CNICUS PSEUDOBENEDICTUS
„Hort. Dorpat.“

Cnici genus a Gaertner reformatum in libris immo novissimis monotypum proponitur, etsi in hortis occurrant species duae certissime distinctae; quod vix mirum est, cum habitu tantopere consentiant, ut achaeniis satis maturis carentes vix vel ne vix quidem distingui possint. Cujus rei prima et quantum scimus usque ad hoc tempus sola mentio fit in Append. ad ind. sem. hujus horti 1857, p. 24 hisce verbis: »Cnicus pseudobenedictus hort. est Cn. Kotschyi C. H. Schultz Bip. in Th. Kotschy pl. Alepp. Kurd. Moss. ed. Hohenacker 1843 No. 129 (in incultis prope Aleppum lectus) et Th. Kotschy pl. Pers. australis ed. Hohenacker No. 160 (in collibus inter Abuschir et Schiras lectus). A Cnico benedicto, cui adspectu simillimus, achaeniis eximie differt. Achaenium elongatum pappo exteriore longius, basi intus area non sulcata brevissima semicirculari praeditum; in Cn. benedicto achaenium pappo exteriore brevius, area obovata dimidiam fere achaenii longitudinem aequante. Paleae receptaculi in utraque specie sinistrorsum contortae.« In qua diagnosi vix quidquam mutandum esse censemus, nisi forte pappi et achaenii longitudinis proportionem minus constantem. Cn. Kotschyi C. H. Schultz. Bip. synonymon vero amovendum est, ut auctor clarissimus litteris nos docuit, speciminеque benigne nobiscum communicato confirmavit, cujus achaenia, etsi minuscula et forsan non prorsus matura certe tamen demonstrant Cn. Kotschyi a Cn. pseudobenedicto omnino diversum, immo C. benedicto proximum. — Cnici pseudobenedicti nomen primum invenimus in ind. sem. Regim. 1846 cum designatione »Hort. Dorpat.«, in indicibus Dorpatensibus invenire non potuimus. Planta vero antiquitus in hortis atque C. benedictus verus aeque frequenter nisi frequentius occurrit; saepe enim e seminibus sub C. benedicti nomine acceptis provenit, et auctores fere omnes hanc plantam sub Centaureae vel Cnici benedicti titulo depingunt, ut Gaertner, Hayne, Nees ab Esenbeck, Sibthorp, Reichenbach fil.; nisi fallor immo in opere Praelinnaeano mentio ejus fit, in Volckameri scilicet Flora Norimbergensi (1718) 86 legitur: »Carduus benedictus minor e Chio floret eodem tempore; seminibus striatis in extremitate praemorsis« ; quam plantam Linnaeus in horto Cliffortiano p. 394 varietatem *α*. typo suo (Cnico caule diffuso, foliis dentato-pinnatis) subjungit; qua ex causa planta a nobis C. benedicti titulo salutata hoc nomen servare debet. Cn pseudobenedicti specimen spontaneum nondum vidimus; si achaenium iconis Sibthorpianae e specimine spontaneo depictum esset (quod e verborum contextu valde dubium) in Graecia et Asiae minoris insulis inveniendus esset; in Oriente certe quaerendus erit. Omnia specimina spontanea e diversis regionis mediterraneae partibus a nobis visa genuinum C. benedictum sistunt, quem etiam auctores, qui specimina silvestria descripserunt, ut Godron et Grenier (Fl. de France), de Visiani (Flora Dalm.) lucide exposuerunt. Inter recentiores solus Berg (Charakter. der Pflanzen-Gen.) eum depinxit. Species ergo sic definiendae erunt:

Cnicus benedictus L. Achaenium obovato-obconicum, subincurvum; hilum laterale, obovatum, achaenii dimidiam subaequans. — L. Sp. I, p. 826, Syst. X, p. 1201. Vis. Fl. Dalm. II, p. 31. Berg Charakt. (ed. I.) p. 76, ic. 378. Godr. et Gren. Fl. France II, p. 266, non Gaertn. nec Nees nec Rchb. fil. Centaurea benedicta L. (Sp. II.) cod. No. 6621, non Hayne nec Sibthorp. Calcitrapa lanuginosa Lmk. ex Godr. et Gren.

Cnicus pseudobenedictus »Hort. Dorp.« Achaenium cylindrico-obconicum, incurvum; hilum subbasilare, subsemicirculare. — »Hort. Dorpat.« in ind. sem. Regim. 1846. C. benedictus Gaertn. de fruct. et sem. II, p. 385 tab. 162 f. 5. Nees ab E. Düsseld. off. Pfl. t. 223. Reichenb. fil. ic. fl. germ. XV, p. 10, t. 17, non L., C. Kotschyi append. ind. sem. Berol. 1857, p. 24, non C. H. Schultz Bip.

Centaurea benedicta Hayne Arzn. VII, t. 34. Sibth. fl. Graeca tab. 906, non L. (Aschs.)

PRATIA ANGULATA (Banks et Sol.) *J. D. Hook.* Fl. antarct. p. 41. Fl. Novae-Zelandiae I, p. 157.

Lobelia angulata Banks et Solander ms., Forst. prod. p. 58.
L. repanda Mill. dict. ed. Martyn.) ex D. C. prod.
Rapuntium? angulosum Presl. } VII, p. 366.
L. angulata et L. litoralis Allan Cunn., D. C. prod. VII, p. 366.
Piddingtonia Palliardii Lehm. in E. Otto allgem. deutsche Garten- u. Blumenzeit. VII, p. 337. Linnaea XXV, p. 310.
Lobelia australis, multiglandulosa, nitida, radicans hort.

Variat, ut cl. Hook. fil. in fl. Novae-Zelandiae jam indicat, magnopere foliorum magnitudine, forma, serratura. Folia exemplarium cultorum parva, 2-4 lineas longa (in specimine silvestri herbarii nostrius a Colenso lecto 5 lineas longa), saepe in eodem caespite, interdum in eodem axi subrotunda et ovato- vel obovato-ovalia; ergo Hookeri varietates *α.* et *β.* vix distinguendae. Flores semper longissime pedunculati.

Lobelia nummularia Lmk. (1789, begoniaefolia Wallich 1828) a Lindley recte ad Pratiam (P. begoniaefolia) amandata, ab Endlicher sectionis Bernoniae typus proposita, immerito ab Alph. de Candolle (Prod. VII, p. 341) Piddingtoniae titulo generice distinguitur. Pratia angulata hujus sectionis; species typica prioritatis lege Pratia nummularia salutanda est. (A. Br. et Aschs.)

DUNALIA BRACHYSTEMON *A. Br. et Bouché.*

(§ 1. Confertiflorae Miers.)
Lycium fuchsioides hort. Berol., non H. B. K. nec hort. Monspel.
Lycium obovatum hort. Lips., non Ruiz et Pav.

Frutex bipedalis dichotome-divaricato-ramosus inermis; rami angulati, glabri, albidi; folia elliptica vel oblonge-obovata, 2-2$\frac{1}{2}$, raro 3 poll. longa, 1-1$\frac{1}{2}$ poll. lata, acuta vel obtusiuscula, in petiolum canaliculatum 4-7 lineas longum attenuata, laete viridia, nitida, glaberrima, subtus minute rugulosa; cymae umbelliformes 4-12florae sessiles terminales vel pseudolaterales, interdum juxta basin ramorum novellorum ex annotinorum dichotomiis prorumpentium; flores erecti; pedicelli flore longiores, filiformes, superne paullo incrassati, $\frac{1}{2}$-$\frac{3}{4}$ poll. longi, glabri; calyx campanulatus, glaber, 1$\frac{1}{2}$ lin. longus, sepalorum comissuris membranaceus, 5dentatus, dentibus brevissimis mucronatis; corolla calycem 2-3plo superans, infudibuliformi-tubulosa, 3$\frac{1}{2}$-4$\frac{1}{2}$ lineas longa, praeter limbum margine pilis plerumque 4cellularibus flocćoso-lanatum glabra, sordide coerulea; tubus supra introrsum 5plicatus, plicis in denticulos minutos limbi tubi longitudinis $\frac{1}{4}$ aequantis 5partiti segmentis triangularibus interjectos productis; stamina $\frac{1}{6}$ supra tubi basin inserta, ejus dimidiam longitudinem haud aequantia; filamenta trifida, segmento medio antherifero, lateralibus lineari-subulatis pilis parcis pluricellularibus barbatulis, medio parum brevioribus.

Habitat verisimiliter in Chile. Colitur in tepidario. Floret vere et aestate.

Chaenestes (Lycium H. B. K.) fuchsioides Miers., Dun. in D. C. Prod. XIII, 1, p. 487 differt floribus majoribus, corolla aurantiaco-coccinea, limbo glabro, filamentis basi villosis.

Lycioplesium (Lycium Ruiz et Pav.) obovatum Miers, Dun. l. c. p. 492 et ipsum differt floribus majoribus et filamentis basi villosis; recedit praeterea floribus solitariis vel geminatis, corolla purpureo-violacea, limbo velutino.

Lycium fuchsioides hortor. plur. ex Dunal. l. c. p. 527 Dunalia aurantiaca esse dicitur; sub Dunalia vero haud occurrit; in p. 603 sub Cestro (Habrothamno) aurantiaco Lindl. laudatur Lycium fuchsioides hort. Monsp.

Dunalia acnistoides Miers., Dun. l. c. p. 484 ex descriptione plantae nostri proxima, recedit foliis majoribus (3 pollicaribus, petiolo 1 pollic.) supra glanduloso-pruinosis, subtus pallide glaucis, nervo venisque lateralibus rubentibus; floribus circiter 20, dentibus limbi interjectis nullis; corollae color?

D. cyanea P. de Rouville, Dun. l. c. p. 484, planta solum ex horto Monsp. nota, recedit foliis majoribus (cum petiolo 3 ad 5$\frac{1}{2}$ pollic.) supra obsolete pruinosis, subtus minutissime punctulatis, corolla lilacina, 6-7 pollic. longa.

Simillimus plantae nostrae ex specimine Ruiziano herbar. reg. Berol.:

Acnistus (Lycium Ruiz et Pav.) spathulatus Don, Dun. l. c. p. 500; descriptio a Dunal data non optima; petioli plerumque non tam longi; filamentorum appendicum mentio non fit; pubescentia filamentorum e pilis tam minutis et sparsis constat, ut vix conspicua sit. — Planta Ruiziana a nostra differt foliis majoribus, magis diaphanis, venis lateralibus paullo magis patentibus; calyce minus conspicue dentato; corolla $\frac{1}{3}$-$\frac{2}{3}$ longiore, ex descriptione purpurea; staminibus longioribus, inclusis, sed faucem prope attingentibus. Planta nostra huic certe proxima, nisi forte varietas parviflora staminibus minus evolutis. Fructus nunquam perfecit.

Certe ejusdem generis est cum Acnisto spathulato; Dunaliae, a qua Acnistus forsan vix generice separandus sit, adscribimus propter filamenta more Dunaliae trifida, qua ex causa Acn. spathulatum quoque Dunaliam spathulatam salutamus.

(A. Br. et Aschs.)

LINARIA HETEROPHYLLA *Spr.* Syst. II, p. 970. Phytogr. canar. III, p. 141. Ic. t. 181.

Antirrhinum heterophyllum Schousb. Jaggt. ov. Marok. p. 194, t. 3. Willd. herb. No. 11266.
A. sagittatum Poir. Encycl. Suppl. IV, p. 20.
Linaria circinnata Sweet. Brit. fl. Garden, new. series, t. 235.
L. Lancerottae Del. Sem. hort. Monsp. (1836) p. 26.
L. Webbiana Vis. Ort. Pad. p. 142, non A. Schmidt.

Hujus speciei elegantissimae varietatem insignem, 1856 e Canariis introductam, in horto habemus:

γ. scandens C. Bolle: erecta 3pedalis, caule diffusissimo, ramis gracillimis teretibus, foliis inferioribus anguste lanceolatis, in petiolos folio multo breviores pilosiusculos attenuatis obtusiusculis subcarnosis, superioribus linearibus 1nerviis acutis, petiolis saepe cirrosis, pedunculis longis capillaribus, calcari flore longiore incurvo, deflexo, corolla citrina, quam in specie genuina pallidiore, labio inferiore palatoque saturate aureo.

Habitat haec prope Canariae Magnae caput Ciudad de las Palmas, in collibus aridissimis apricis, inter fruticeta Euphorbiae balsamiferae scandens. Habitu a typo repente, humifuso, qualis in Lanzarote et Fuertaventura inveniri solet, valde aberrans, florum copia eorumque diuturnitate pulcherrima. Folia nostrius angustiora, nunquam basi sagittata. Floret in patria inde ab Aprili ad aestatem usque.

Pro specie hanc libenter sumpsissemus, nisi veram Linariam heterophyllam repentem, humifusam in Fuertaventura vidissemus anguste linearifoliam, plerisque foliis basi attenuatis, intermixtis autem constanter aliis sagittatis.

Crescit altera varietas in arena litoris Fuertaventurae, loco dicto Punta de Handia, formae γ. contraria, quae nobis:

β. abbreviata C. Bolle: caulibus brevissimis, interdum vix bipollicaribus, cum foliis puberulo-scabris, his oblongis basi attenuatis crassis, petiolis non cirrosis, calcari valde incurvo. (C. Bolle.)

Gesnerae novae

subgeneri Corytholomati Decsn. adnumerandae.

1. **GESNERA** SCEPTROIDES *Hanst.*

Folia terna breviter petiolata, ovata, obtusa, basi rotundata, plana, crenata, superne scabra subtus hirtello-pubescentia; thyrsus terminalis in caulis apice alte elevatus; pedunculi bractea multo longiores flore plus duplo breviores; calycis tubus breviter turbinatus, laciniis ovatis acuminatis multo brevior; corolla recta, anguste cylindrica, labio superiore subquadrato, breviore quam lato.

Caulis elatus erectus, 2-3 pedes altus, basi 3 lin. crassus, simplex, viridis, praesertim sub nodis, ceterum rubro- aut fusco-pictus, cum petiolis pedunculisque villis longis albis patentibus hirtus; partis inferioris foliosi interfolia foliis non aut parum longiora, sursum magis magisque producta, demum longissime evoluta et foliis tantum bracteiformibus instructa $\frac{1}{2}$-1 pedem longa, thyrsum e verticillis spuriis plurifloris compositum denique densum alte exhibent. Folia nunc late nunc fere oblonge ovata, obtusa aut rarius acutiuscula basi interdum fere subcordata, 2,5-3,5 poll. longa, 1,5-2 poll. lata, crenis utrinque 15-25 instructa, nervis secundariis utrinque 5-6 praedita, quorum secundus vel tertius longissimus, quartus vero aut quintus e nervi primarii medio prodit, basalibus saepe ipsa basi confluentibus, supra setulis diversis velutino-scabra, obscure viridia, infra nonnihil pallidiora et praesertim in nervis hirtello-pubescentia. Petioli 3-9 lin. longi. Pedunculi bracteis villoso-hirtis parvis lanceolatis oblongisve multo longiores, 4-6 lin. longi, bracteolis linearibus ima basi fulti, erecti aut praesertim superiores nutantes. Calyx pelviformis omnino hirto-villosulus, tubus 1,5 lineas longus, 3 lin. (transverse tantum 2,5 lin.) amplus; laciniae subtiliter acuminatae 3-3,5 lin. longae, anthesi patulae postea clausae, apicibus marginibusque aeque ac bracteae fuscescentes. Corolla recta 16-18 lineas longa, quam in speciebus affinibus angustior et brevior; tubus fere cylindricus nec dorso nec ventre valde convexus, basi valde gibbosus, tumiditate 3 lin. ampla, supra eam ad lineas duas (transverse 1.5) angustatus, ventre ad 3,5 lin ampliatus, sed transverse ad 2.5-3 lin. compressus; faux 2.5-3 lin. lata; labiorum hiatus 5 lin. amplus; labium superius erectum, conspicue brevius quam in affinibus, 3-3,5 lin. longum, 4 lin. latum, basi paullo angustius; lobi laterales 3,5 lin. lati, intermedius 2,5 lin., omnes 1,5-2 lin. longi; tubus obscure carneo-coccineus, basi flavus, intus carneus, limbus margine saturate incarnatus; tota pilis longis albis e tuberculis sanguineis ortis villosula. Antherae demum exsertae. Glandulae perigynae 5, duae dorsales plus minus connatae. Ovarium viride valde oblique ampullaceum, sericeo-pubescens; stylus roseus, stamina denique superans; stigma paullo incrassatum, subfuscum. Fructum maturum non vidimus.

Species a cl. Moritzio anno 1855 e Columbia missa, habitu ad G. Sceptrum Mart. accedit, tamen floribus angustioribus fere sanguinolentis facile dignoscitur.

2. **GESNERA** GOLLMERIANA *Hanst.*

Folia oblonga, petiolata, convexa, parte superiore cucullatim reflexa, acuta, basi cuneata, crenata, supra substrigoso-scabrida, infra praesertim in nervis villoso-pubescentia; calyx parvus anguste campanulatus, tubus laciniis apice recurvatis duplo longior; corollae fere rectae miniatae dorsum convexum, labium superius aeque longum ac latum.

Omnino et caule et foliis G. barbatae Otto et Dietr. similis; caulis strictus, vix ramosus, basi in speciminibus nostris viridis (neque roseo-pictus). Folia marginibus |apiceque revolutis conspicue convexa, et trans medium subito reflexa, sed minus quam in G. barbata. Superficies superior setulis fere aequaliter hamatis obsita, inferior pilis curvatis brevibus nervorum interstitia haud plane obtegentibus tecta, intermixtis glandulis minimis pellucidis, pallidior. Crenaturae utrinque circ. 20, obtusae, acumine calloso ornatae, circiter 4 poll. longa, vix 2 poll. lata; nervi secundarii utroque latere plerumque 8, quorum quarti plerumque longissimi. Racemus pluriflorus e foliorum regione elevatus, bracteis tantum pedunculos non aequantibus instructus. Calyx minor et angustior quam G. barbatae, acutangulus, leviter pubescens; tubus 3-4 lin. longus et amplus, laciniae ovato triangulares, breviter ac tenuiter acuminatae, solo acumine recurvato, 1,5 lin. longae. Corollae 22-23 lin. longae linea ventralis vix paullulum sigmoideo-curvata, dorsalis convexa et conspicue in cristam cariniformem compressa, cervice tricarinato; labium superius erectum 4,5 lin. longum latumque (longius quam in G. barbata); labii inferioris lobus medius 3 lin. latus, laterales 3,5 lin. lati, omnes 2 lin. longi; totius limbi facies versus corollae axim in angulo fere 45° declinata; tubi basis tumida 3 lin., strictura dein 2 lin., venter 4-5 lin. amplus, transverse ad 3 lin. compressus, faux 3-4 lin. ampla; corolla dorso miniato-cinnabarina, ventre praesertim basi flava, tuberculis minimis concoloribus vel purpureis setulisque pellucidis levissime pubescens, limbus miniatus, faucem versus flavus, tubi pagina interior flava. Stamina cum stylo sursum incrassato rubescente demum longe exserta. Cetera ut in specie praecedente ceterisque cognatis.

A cl. Gollmero anno 1857 e regione Caracasana missa.

3. **GESNERA** FLAVESCENS *Hanst.*

Villosa; folia ovata, plana, petiolata, acuta, basi rotundata et acuta, crenata, canescentia; pedunculi subcorymbosi, erecti, plerique bracteas parvas longe superantes, flore breviores; calyx semiglobosus, laciniis tubum subaequantibus erectis; corolla subrecta, clavata, flavescens; labium superius aeque longum ac latum.

Caulis ramosus 2-3 pedes altus, pilis albis mollibus patentibus densissime villosus, viridis, concolor. Folia e lata basi ovata, rarius oblonga, speciebus sequentibus similia sed magis villosa, nonnihil crassa, crenaturis utrinque 20-30 ornata, nervis secundariis 7-9, 2-4 poll. longa, 1-1½ poll. lata. Inflorescentia in caulis apice nunc paucifloro-corymbosa, nunc in thyrsum multiflorum saepe secundum aucta; flores infimi soli in foliorum majorum axillis positi; multi saepe, eodem tempore evoluti, simul florentes. Calyx in pedunculi apice erectus, parvus, 3 lin. amplus, cum laciniis tubum subaequantibus ovato-triangularibus, acutis, subaccumbentibus aut vix patulis 4-5 lin. altus, villosulus, viridis. Corolla in calyce erecta, ventre leviter sigmoidea, dorso medio convexa, 20-22 lineas longa, supra baseos tumiditatem angustissima, vix linea latior, tum sensim in ventrem 3,5-4 lin. amplum dilatata, fauce parum angustata, aperta: limbi facies valde inclinata; labium superius 3-4 lin. longum latumque, basi angustatum, alte connatum, lobi ceteri 1,5-2 lin. longi, 2,5-3 lin. lati, reflexi; dorso et limbo miniata, ventre et pagina interiore flava, pilis parvulis ex parte glanduligeris tuberculisque minutis, omnibus pellucidis adspersa. Stamina cum stigmate demum labium superius fere superantia. Ovarium cum stylo rubido-villosulum. Capsula oblonga rostro recurvato, stylo persistente obsita, 6 lin. longa, 3 lin. lata, calycis praesertim tubo aucta fere tota involucrata, laciniis rostrum aequantibus.

Ex horto Vimariensi »Belvedere« missa; patria ignota. A speciebus affinibus corymbo multifloro elevato, floribus erectis, colore pallido satis diversa.

4. **GESNERA** AURANTIACA *Hanst.*

Caulis divaricato-ramosus; folia late elliptico-ovalia, petiolata, plana, acutiuscula, basi cuneata, grosse crenata, supra velutina, subtus, praesertim in nervis, pilosa et conspicue canescentia; pedunculi axillares plerumque bini petiolum superantes, florem aequantes; calyx anguste campanulatus obtusangulus, laciniae tubo multo breviores; corolla parum ventricosa, subrecta, aurantiaca; labium superius latius quam longum.

Toto habitu et praecedenti et sequenti simillima, ut si floribus careant, omnes eandem speciem putes. Caulis gracilis dilute viridis, vix ulla lineola rubra notatus, pilis brevissimis molliter puberulus. Folia membranacea, laxa, subacuta vel interdum obtusa, sed omnino figura varia et irregulari praedita, haud raro inaequilatera, non convexa, superne laete viridia, setulis strigosis minoribus majoribusque hamatis sparsis velutina, subtus pilis brevissimis hamatis fere in nervis tantum obsita; nervi secundarii utrinque 7-9, paralleli vel convergentes, praesertim infimi retrorsum valde divergentes sursum saepe confluentes, tertius et quartus longissimi; crenaturae latae, obtusae, subrecurvatae, basin versus evanidae, utroque latere 12-20; folia 3-4,5 poll. longa, 1,5-2,5 poll. lata; petiolus semiteres vel leviter canaliculatus, 6-9 lin. longus. Flores in axillis foliorum superiorum plerumque bini; pedunculi folio multo breviores, exceptis interdum summis, si foliis minoribus bracteiformibus fulti sunt, saepissime vero ne cum flore quidem folium aequantes, pubescenti-villosuli. Calyx in pedunculo subrectus 5 lin. longus, 4 lin. amplus, pubescens; laciniae triangulares, erectae, acutae, 1,5 lin. longae, tubus 3,5 lin. longus. Corolla exacte aurantiaca, intus et ventre sulphurea, tuberculis varie rubris pilisque albis adspersa, basi ad 3,5 lin. tumescens, tum ad 2 lin. constricta, dein sensim inflata in ventrem 4 lin. (transv. 3,5 lin.) amplum, fauce 3-3,5 lin. lata; linea ventralis sigmoidea, dorsalis leviter tantum convexa, cervice impresso; limbus exacte bilabiatus, sed labium superius, quamvis stricte erectum, tamen brevius quam latum; limbi versus axim inclinatio vix 45°; hiatus labiorum 5-6 lin., labium sup. medio 4,5 lin., basi 4 lin. latum, 3,5-4 lin. longum, lobis rotundatis latis; lobi labii inferioris 3-3,5 lin. lati, 2 lin. longi, basi angustati; corolla tota 20-22 lin. longa; stigma viride, demum exsertum, stylus rubidus, pubescens, ovarium viride.

A cl. Gollmero anno 1857 missa et in horto bot. Berol. exculta.

5. **GESNERA** ERUBESCENS *Hanst.*

Caulis divaricato-ramosus; folia ovata, petiolata, plana, obtusiuscula, basi cuneata, grosse crenata, praesertim subtus canescentia; pedunculi axillares, petiolum superantes, florem subaequantes; calyx ample campanulatus, vix angulatus; laciniae tubum aequantes vel parum superantes; corolla curvata, clavato-inflata, miniato-cinnabarina: labium superius aeque longum ac latum.

Caulis et folia G. aurantiacae simillima; folia obtusiuscula vel vix acuta, 3-5 poll. longa, 1,5-2,5 poll. lata. Flores in axillis ipsis singuli aut nonnulli e ramulo abbreviato paucifoliato longe pedunculati, inferiores folia vix superantes; pedunculi petiolum superantes, omnes ubique folio breviores, bracteolis parvulis fulti, nutantes, villosuli. Calyx fere pelviformis, patulus, pubescens; tubus 2 lin. altus, 3-4 lin. amplus; laciniae e lata basi longe acuminatae, patentes vel reflexae, 2-2,5 lin. longae, tubo sublongiores vel aequilongae, virides. Corolla ventre sigmoideo et sursum inflato, dorso valde convexo, clavata, compressa, cervice impressa, gutture constricta, limbo magis inclinato; supra basin tumidam 2 lin., ventre 5 lin. (transverse tantum 3,5 lin.) ampla, fauce ad 3-3,5 lin. constricta (transv. 3 lin.); labiorum distantia 7-8 lin. ampla; labium superius 4 lin. longum latumque, lobus labii inferioris medius 2,5 lin. latus, laterales 3 lin. lati, omnes 2 lin. longi; corolla tota 22-23 lin. longa, dorso cinnabarina, ventre dilute miniata, limbo saturate cinnabarino, tuberculis minimis concoloribus setulisque pellucidis levissime pubescens, limbo glaberrimo, intus flava. Stylus rubens, pubescens, denique longe exsertus.

Corollae praesertim figura e basi gracili clavata magisque curvata atque coloris specie ab affinibus evidenter diversa.

Hanc quoque cl. Gollmer in ditione Caracasana anno 1857 vel 1858 legit.

6. **GESNERA** WARSZEWICZII *Bouché et Hanst.*

Caulis subsimplex, hirtus; folia ovata, petiolata, plana, basi longe attenuata, inferiora obtusa, crenata, supra hirto-scabra, subtus villosula; pedunculi axillares, in racemum terminalem congregati, petiolo longiores et flore et folio breviores; calyx ample campanulatus, quinquecarinatus; laciniae tubo breviores, tenuiter acuminatae; corolla ample tubulosa et ventricosa, recta, saturate incarnata; labium superius erectum magnum, aeque longum ac latum.

Caulis robustus basi 4 lin. crassus, erectus, 1½-2 ped. altus, pilis patentibus aut reflexis, strictis villoso-hirtus, laete viridis lineolisque rasis atropurpureis pictus. Folia aeque viridia, elliptica vel ovata vel obovata, superiora obtusiuscula, basi longe cuneatim in petiolum angustata, profunde crenata, crenaturis utrinque 20-30, basin versus evanidis; pubes paginae superioris e setulis patulis brevibus densis, inferioris e pilis hamatis parvis fere nervos tantum tegentibus constituta; nervi secundarii utriusque lateris 6-8, nunc di- nunc convergentes, infimi retrorsum divergentes; 2-3 poll longa, 1-1,5 poll. lata, petiolo crasso 5-8 lin. longo. Pedunculi in axillis foliorum superiorum paullatim ad bractearum formam decrescentium singuli racemum satis densum pyramidalem formantes, villosuli, 8-12 lin. longi, bracteolis interdum foliaceis vel 6 lin. longis fulti, arrecti. Calyx 5-6 lin. amplus, amplior quam altus, nonnihil compressus, lateribus inter carinas concavis, sparse pubescens, basi rubens, in pedunculo subobliquus, corollae fere tertiam partem aequans; tubus 3,5 lin., laciniae e lata basi breviter triangulares, 1,5-2 lin. longae, marginibus replicatis apiceque fere subulato recurvatae vel patulae. Corolla multo amplior quam in praecedentibus, stricte erecta, 18-20 lin. longa; baseos tumiditas dorsalis obtusangula 3-4 lin. ampla, tubus dein valde ad 2,5 lin. (transverse 1,5 lin.) contractus, tum in ventrem 5 lin. amplum, transverse ad 3,5 lin. compressum tumescens, dorso aeque vel magis quam ventre convexus; faux nonnihil constricta, 3-4,5 lin. ampla; labium superius rotundatum vel obtusangulum, 4,5 lin. longum latumque, basi subangustatum, compressum, lobi ceteri 3,5-4.5 lin. lati, 1,5-2 lin. longi, patuli, totus limbus acutangulus valde inclinatus; color ventris pallidior, baseos lutescens, paginae interioris flavus, marginis limbi praecipue saturate puniceo-incarnatus; pubes alba e tuberculis purpureis orta ex parte glandulifera. Ovarium cum stylo pallido pubescens; stigma vix incrassatum, atropurpureum, denique exsertum.

Speciem toto habitu a plerisque congeneribus admodum diversam, alius quoque terrae incolam, cl. Warszewicz in Guatemala se invenisse refert. Anno jam 1849 in horto nostro exculta est. Specimen siccum in herbario Monacensi asservatum a cl. Karwinskio lectum huic adscribendum videtur.

(I. Hanstein.)

CRYPTOTAENIA ELEGANS *Webb.* in Bourgeau Plant. canar. exsicc. No. 424 (nomen sine descriptione).

Biennis erecta, radice fusiformi-fibrosa horizontaliter ramosa, caule 2-3-pedali glabro, foliis basilaribus summisque ternatis, caulinis plerisque ambitu triangularibus pinnatis vel bipinnatis, pauci-jugis segmentis irregulariter subtriangularibus majusculis (1-1½ poll. longis, 1 poll. fere latis), basi valde inaequalibus apice acutatis lobatis margine inaequaliter serratis, serraturis acutissime mucronulatis, segmento infimo lobo laterali vel binis profunde partito, segmentorum paribus superioribus et secundariis sessilibus omnibus subtus pallide viridibus reticulato-venosis pilosis, supra glabrescentibus ad nervos tantum parce pilosis margine ciliatis, petiolo folium aequante vel longiore subpiloso, vaginis ventricosis glabris ciliatis, rhachi cum petiolulis valde pilosa, inflorescentia ample paniculata subnuda dichotome ramosa, umbellis numerosis axillaribus laxe positis, pedunculis filiformibus glabris umbellam aequantibus, hac pauci-radiata, radiis 4-6 capillaribus elongatis inaequalibus glabris, involucro nullo vel mono-3-phyllo, phyllis lineari-subulatis ciliatis 3-nerviis (2-3 lin. longis), involucello plerumque 3-phyllo brevissimo, phyllis lineari-subulatis parce ciliatis, umbellulis 3-4-floris, pedicellis inaequalibus, floribus minutis, petalis ovatis apice subtruncatis emarginatis albis, mericarpiis oblongis laevibus atris (circ. 1 lin. longis) maturis curvulis, stylopodio brevi fusco, stylis apice subincrassatis erectis denique reflexis, carpophoro libero ad basin bipartito.

Habitat in opacis lauretorum Teneriffae: las Vueltas de Taganana, nec non Palmae: retro los Sauces, in silvula quadam Oreodaphnes foetentis, Fajanita de los Tiles ab incolis dicta, ad aquarumductus vallis Barranco del Agua marginem, ubi post Bourgaeum, primum inventorem, speciem hanc singularem reperimus. Floret Junio ad Augustum. Introducta in hortum a. 1856. (C. Bolle.)

PIMPINELLA ANAGODENDRON *C. Bolle.*

Suffruticosa puberulo-tomentosa, caule pauciramoso basi nudo fusco pro majore parte vaginis foliorum emortuorum tectis (digitum parvum crasso), ramulis novellis herbaceis teretibus tenuiter striatis dense puberulo-tomentosis, foliis inferioribus magnis ad basin caulis horni positis late triangularibus irregulariter et concinne decomposito-bipinnatis, segmentis numerosis profunde laciniatis serratis, summis confluentibus trifidis, omnibus minutis reticulato-venosis viridibus, petiolo folio longiore late vaginante, caule superiore parce foliato foliis conformibus sed inferioribus multo minoribus, summo subnudo vaginis tantum obsito 3-4-ramoso, involucro monophyllo lineari brevissimo, umbellis 10-12-radiatis, involucello nullo, petalis apice emarginatis velutinis albis, mericarpiis oblongis albide tomentoso-hirtis, stylis stylopodio plus duplo longioribus demum horizontaliter curvatis.

Habitat in Teneriffa quam maxime septentrionali in adverso scopulorum los Roques de Anaga, solo saxoso inter vineas, loco dicto los Orbalos.

Mense Septembri 1856 primus speciem hanc nobilissimam inveni et in cl. Berthelotii hortum Santa-Crucensem transplantavi. Seminibus allatis in hortum botanicum Berolinensem introducta est haec Pimpinella ibique quotannis floruit. Bipedalem altitudinem attingit plerumque autem humiliorem servat staturam. Floret aestate. (C. Bolle.)

CRAMBE PRITZELII *C. Bolle.*

Suffruticosa 2-pedalis et ultra caule subterete striato glabrescente setis sparsis albidis consito, foliis petiolatis, petiolo folio plerumque longiore setoso, lanceolatis vel ovato-lanceolatis apice protracto acutissimis sensim in petiolum attenuatis argute dentato-serratis utrinque sparsim strigosis inter setas glabris, caule florifero nudo subsetoso, panicula ampla glaberrima glauca ramulis alternis apice bifidis, floribus racemosis pedicellatis, sepalis corolla triplo brevioribus apice obtuso membranaceis, petalis albis obtusissimis, siliculae articulo inferiore brevissimo tenui, superiore globoso-amphoriformi costato reticulato-rugoso in stylum brevem stigmate latiore coronatum protracto.

Habitat in Canariae Magnae montibus centralibus Cumbre del Saucillo et los Roques supra Tenteniguada vicum. Floret Aprili Majoque; Junio semina maturat. (C. Bolle 1856.) Ab inventore consecrata cl. viro G. A. Pritzel, benevolo fautori et amico, cujus de scriptorum botanicorum cognitione insignia neque aevo quo degimus superata merita ad ipsam scientiam promovendam magni momenti et sunt et semper erint.

Introducta in hortum anno 1856. (C. Bolle.)

SILENE GALLICA *L.* var. GOMERAEA *C. Bolle.*

Foliis inferioribus longe petiolatis, ramis calycibusque viscosissimis, seminibus nigrescentibus, subtiliter transverse striatis.

Habitat in insula canariensi Gomera, unde semina in valle Hermigua collecta attulimus et cum horto communicavimus, ubi anno 1857 primum floruit. (C. Bolle.)

ABUTILON AUSTRALE *Gke.*

Ind. sem. Berol. 1857, p. 17 (solum nomen).
Sida australis hort. Ber.

Caule fruticuloso ramoso fasciculato-piloso; foliis petiolatis elongato-ovato-lanceolatis acuminatis basi cordatis excepto apice crenatis utrinque velutinis; pedunculis axillaribus solitariis vel geminis unifloris; corolla calycem parvum fere triplo superante; carpellis 9-12 truncatis bicuspidatis.

Patria ignota, verisimiliter Nova Hollandia.

Fruticulus ramis teretibus inferne glabriusculis, superne pilis patentibus simplicibus vel plerumque fasciculatis dense vestitus. Folia e basi cordata ovato-lanceolata longe acuminata excepto apice crenata quinquenervia utrinque, sed praecipue subtus velutina, juniora micantia, adulta in pagina superiore interdum glabriuscula, cum petiolis ¾-1¾ poll. longis fassiculato-pilosis 3-5 poll. longa, supra basin 1-2 poll. lata, superiora minora et angustiora. Stipulae filiformes, 2-4 lin. longae, caducissimae. Pedunculi axillares solitarii vel gemini pilis simplicibus et fasciculatis patentibus obsiti uniflori apicem versus articulati, 1-2 poll. longi, inferiores petiolis aequilongi, superiores eos saepe duplo superantes. Calyx parvus quinquepartitus extus praecipue basi dense pilosus, intus glabriusculus, laciniis ovatis vel ovato-lanceolatis acutis 1-2 lin. longis, vix 1 lin. latis. Corolla flava parva quidem sed calycem duplo triplove superans. Petala obovata glabra vix 3 lin. longa, apicem versus 1½-2 lin. lata. Capsula stellato-pilosa truncata e carpellis 9-12 bicuspidatis trispermis constans. Semina puberula.

Ab Abutilo oxyphyllo Gke. (Sida oxyphylla Wall.), quocum foliorum forma convenit, ramis dense pilosis (nec glabris) foliorum lamina, calycibus, capsulis 9-12 coccis (nec 6 coccis) multo minoribus differt. (Garcke.)

PLAGIANTHUS DISCOLOR (*W. Hook.*) *Aschs.*

Planta, ut cl. J. D. Hooker (Botany of the antarct. exp. III. Flor. Tasman. I, p. 50) indicavit (et Cl. Garcke jam 1849 in societate naturali-historica Halensi exposuit) dioeca. Florum masculorum corolla majuscula (2-4 lin. in diam.), filamentorum partes superiores liberae, styli duo ad basin usque separati, calyce breviores, ergo in staminum tubo inclusi. Flores feminei 1½-2 lin. in diam.; antherae inanes, supra filamentorum tubum sessiles, stylus bifidus, rami ejus e tubo stamineo exserti. Flores hiemales, praecipue masculi fragrantes, Pruni Padi L. florum odorem aemulantes.

Arbuscula in insula Van Diemensland, quae nunc Tasmania audit, 1831 a Lawrence detecta, 1834 a Cl. W. Hooker in diario botanico (Journ. of botany Vol. I, p. 250) sub nomine Sidae discoloris proposita, anno insequenti ab eodem in Botanical Magazine tab. 3396 ad Plagianthi genus amandata est. Planta feminea, ibi depicta, nescio cur nomine triviali mutato, P. sidoides audiebat. 1838 planta mascula a Cl. Lindley (Bot. Reg. 1838. Misc. not. p. 22), quamvis dioeciam suspicante, sub nomine P. Lampenii Booth proposita est. Eadem a Cl. Klotzsch (Link, Klotzsch, Otto, Ic. plant. rar. hort. reg. bot. Berol. I. (1841) p. 19, tab. 8) sub nomine Asterotrichii sidoidis descripta et picta est. Plantam Hookerianam, quamquam et ipse dioeciam suspicans, non solum specie sed genere diversam censuit (l. c. p. 20) et pro ea Blepharanthemi nomen proposuit. Nihilominus in horto nostro planta feminea sub Asterotrichio sidoide, mascula sub A. leucantho Kl. militabat. J. D. Hooker l. c. p. 49 plantam sub Plagianthi sidoidis nomine affert.

Plagianthi genus non cum De Candolleo inter Bombaceas, nec cum W. Hookero inter Euphorbiaceas, nec cum Endlichero et Schottio inter Sterculiaceas, sed inter Malvaceas recte enumerari omnium auctorum recentiorum, Klotzsch, A. Gray, J. D. Hooker, Garcke (Ueber die Stellung von Plagianthus und Hoheria im natürlichen Systeme, Bonplandia 1860, No.

23. 24) consensu constat et e pollinis praeclare malvacei fabrica, a Garckeo indicata, pulchre probatur. Asterotrichium Kl., etsi genericae vis expers, propter habitum plantae a P. divaricato Forst. (hermaphrodito!) nec minus a P. betulino All. Cunn. alienum sectionis dignitate retinendum sit. — P. discolor usque ad hoc tempus insulae Tasmaniae proprius; Ottonis indicatio (Lk., Kl., Otto l. c. p. 21) originis Novo-Hollandicae e schedula speciminis Klotzschiani in herb. reg. asservati falsa; hic enim Van Diemensland patria indicatur. Specimina ibi asservata spontanea omnia mascula. Cortex in patria vinciendo inservit (J. D. Hooker l. c.). (Aschs.)

GERANIUM ANEMONIFOLIUM *L'Hér.*

Planta in hortis antiquitus culta ibique sub nomine G. laevigati hospitans, quoad formas hucusque neglecta fuit. Nuperrime modo speciei ipse typus introductus est vocabulo G. Canariensis, diversus putatus, quia florum exiguitate et pedunculorum pedicellorumque indumento recedere videbatur. Tres G. anemonifolii statuimus varietates inclusa scilicet typica forma:

α. Canariense Ble.: corolla minus ampla, inflorescentia dense glanduloso-pilosa.

Sic planta in archipelago Canariensi in silvis vel in convallibus umbrosis crescit truncosque ingentes arborum Til (Oreodaphne foetens) basi cingere solet. Est quod Héritier in Geraniologia sua depinxit, = G. canariense hortorum recentiorum.

β. grandiflorum Ble.: inflorescentia glanduloso-pilosa, corolla ampla diametro 1-1½ pollicari, ea praecedentis duplo majore.

Hanc Madera gignit magna copia.

γ. laevigatum: inflorescentia glabra, corolla ampla.

Haec forma illa est hortensis ex Aiton hort. Kew. 1778 a Masson e Madera introducta = G. laevigatum hort. Icones in Botanical Magazine 206 (1792) et Sweet Geran. t. 244 ad eam spectant. In hortis usque ad hoc tempus fere haec tantum occurrit; immo herbariorum regiorum Berolinensium (generalis et Willdenowii) praeter specimina Canariensia a nobis lecta exemplaria omnia inflorescentias glabras exhibent. Locus natalis specialior ignotus, sed certe, nisi forsan planta e cultura diuturna nata varietas, in Madera quaerendus. Rev. Lowe in opere suo de hujus insulae Flora tractante sub paragrapho Geranii anemonifolii nihil dicit de hujus formis nisi: »Varies much in smoothness«.

Nomen G. laevigatum potius a caulium foliorumque insigni lucidaque glabritie quam ab inflorescentia indumento destituta depromptum fuisse credimus.

(C. Bolle.)

FESTUCA BRINKMANNI *A. Br.*

(Festuca gigantea × Lolium perenne?)

Gramen spectabile, 3-4pedale, laxe caespitosum, surculis perennans e nodis caulis basilaribus prodeuntibus, erectis, primo anno vaginas nonnullas lamina destitutas fuscescentes et folia pauca lamina instructa proferentibus. Caulis e basi obliqua erectus, teres, laevis, nodis (praeter basilares) 3-4, longioribus quam latis, fuscescentibus. Folia infima et surculorum adhuc sterilium erecta, angustiora, superiora (caulina) patula, multo latiora. Vagina antice fissa, teres, nervoso-striata, laevis. Ligula brevis, ⅓-½ lin. longa, truncata, subintegerrima, e viridi mox fuscescens. Lamina ptyxi convoluta, evoluta plana et leniter dextrorsum torta, basi auriculis falcatis amplexicaulibus pallide fuscescentibus instructa, linearis, sensim angustata, foliorum superiorum 2-3 (inferiorum 1-1½) lin. lata, superficie opaca et scabriuscula, dorso intensius viridis nitidula laevis, margine denticulis minimis nonnisi oculo armato conspicuis antrorsum directis scabriuscula, nervis utrinque ad costam primariam c. 4, interjectis ternis secundariis, in pagina superiore magis prominulis. Inflorescentia aut tota racemoso-spicata, aut inferne panniculata, superne racemoso-spicata, laxa, elongata, pedalis vel longior, versus apicem cernua. Rhachis (communis) semiteres, superne triangula, altero latere excisa, superne praesertim scabra. Rami panniculae pauci (1-2), spiculis 3-7 instructi, saepe nulli et tunc inflorescentia tota racemoso-spicata, Lolii spicam aemulans, e spiculis 12-15 (lateralibus 11-14 et terminali) constans inferioribus pedunculatis (pedunculo infimarum spiculam nonnunquam superante), superioribus subsessilibus, infima nonnunquam geminata, sub anthesi erecto-patentes, post anthesin rhachi adpressi. Rami, si adsunt, etiam post anthesin patuli. Spiculae ad rhachin oblique positae (ut in F. loliacea), valde elongatae, 10-15 lin. longae, laxae, multiflorae, floribus 10-16. Rhachis spiculae a dorso valde compressa, articulis maturitate facile secedentibus. Glumae 2 inaequales (in spicula terminali nonnunquam subaequales), exterior dimidio fere brevior, e basi latiore anguste lanceolata, acuta, trinervis, late albo-marginata, in spiculis lateralibus supremis nonnunquam diminuta vel (Lolii more) abortu deficiens; interior longior, bracteas longitudine aequans vel paullo superans, lanceolata, quinquenervis (rarius septemnervis), herbaceo-viridis, anguste albo-marginata. Bractearum infima glumis dense apposita, sequentes rhacheos articulis longioribus remotiusculae, late lanceolatae, 2⅓ lin. longae, quinquenerves (nervis parum conspicuis), dorso plano-convexae, pallide virentes, punctulis elevatis dissitis praesertim versus marginem scabriusculae, margine inflexo hyalinae, apice acutae et minute bidentatae, aristatae. Arista subapicalis, tenuis, scabra, bractea sesqui-ad duplo longior, bractearum inferiorum saepe brevior vel rarius omnino deficiens. Bracteola bracteam fere aequans, minute bidentata, bicarinata, carinis brevissime et densissime ciliolatis. Perigonii squamulae integrae, e basi latiore anguste lanceolatae, acutae. Ovarium pyriforme, a dorso compressum, glabrum (post anthesin tabescens). Stigmata in stylis brevissimis longe plumosa.

Fest. Brinkmanni, ut e descriptione patet, plurimis notis ad F. giganteam Vill. accedit, a qua eadem fere ratione recedit, quam Fest. loliacea (auct. Germ. non Huds.?) a F. pratensi. Folia angustiora; inflorescentia simplicior, magis elongata, superne vel omnino racemoso-spicata; spiculae superiores subsessiles, majores, magis elongatae, floribus numerosioribus; gluma exterior trinervis (in F. gigant. uninervis), superior quinquenervis (in F. gigant. trinervis). Quum insuper semina non perficiat, prolem hybridam e Festuca gigantea et Lolio perenni esse vix dubitaverim.

Nomen specificum dedi in honorem D. F. L. Brinkmann, hortulani Rostochiensis, de Flora Megapolitana bene meriti (conf. Roeper, zur Fl. Meklenb. II, 1844, p. 5), qui rarissimum gramen, semel in ditione Rostochiensi repertum, in hortum suum transplantavit et ante complures annos vivum communicavit. (A. Br.)

ASARUM (CERATASARUM) VARIEGATUM

A. Br. et Bouché.

A. Japonicum hort.

Caulis (rhizoma) minus elongatus quam in A. Europaeo, ceterum similis, quotannis folia squamiformia (Niederblätter) 2, rarius 3, et folia frondosa (Laubblätter) 1 vel rarius 2 proferens, flore terminatus. Gemma in axilla folii ultimi, quae in aliis speciebus constanter usque ad annum proximum minima et inconspicua dormit, haud raro jam sub anthesi folium frondosum unicum evolvit.

Folia utriusque indolis glaberrima, frondosa persistentia, cordato-reniformia, plus minus deltoideo-producta, basi sinu lato excisa, obtusa, supra nitidula, atroviridia, maculis albis majoribus minoribusque variegata, subtus pallida. Flos erectus, in pedunculo vix longiore, A. Europaei florem magnitudine paullulum exsuperans. Calycis campanulati tubus extus non constrictus, sensim in limbum dilatatus, laevigatus, e viridi cinerascens et maculis minimis purpurascentibus adspersus, intus purpurascens et reticulato-corrugatus, i. e. rugis longitudinalibus elevatioribus circiter 12 et decussantibus transversalibus humilioribus percursus, fauce crista annuliformi denticulata valde angustatus. Limbus expansus, tubum longitudine fere aequans, laciniis ovatis obtusiusculis, dorso laevibus lineis 3-5 purpurascentibus deorsum evanescentibus notatis, superficie dense verruculosis fusco-purpurascentibus. Stamina inferne columnae (ovarii parti liberae) adnata, alterna (exteriora) paullo breviora, tota purpurea. Filamenti pars libera antheram vix aequans. Antherae oblongae, omnes extrorsae. Connectivi processus brevissimus, obtusus. Ovarium semiinferum, parte libera conica in columnam styli brevem sensim attenuata. Columna profunde sexpartita, cruribus in formam infundibuli angusti constellatis, stamina paullo superantibus, apice bifurcatis, purpurascentibus, in bifurcatione latere exteriore stigma pulvinato-subglobosum album gerentibus.

De patria hujus plantae, quam Asari Japonici nomine ex horto Putzeysiano accepimus, nihil certi habemus. Affinitate jungitur cum A. Virginico L., quod distinguitur foliis profundius et sinu angustiore cordatis, rotundatis, calycis tubo ampliore fauce non annulato, limbo brevissimo laciniis erectiusculis, antheris latioribus, filamentis brevissimis. A. arifolium Mchx., etsi foliis variegatis simile, calycis tubo angusto et valde elongato, sub limbo brevi paullulum constricto, intus neque reticulato, neque annulato longius distat.

Ceratasari sectio, quam pro hisce proponimus, Asari genus cum Heterotropa connectit, ita ut, nisi genera tria distinguere malueris, genus unicum habeas sequenti modo tripartitum:

Sect. I. EUASARUM.

Ovarium omnino fere inferum, parte libera planiuscula. Styli columna in discum sexradiatum expansa, cruribus ultra medium connatis, sulco mediano stigmatifero percursis. Filamenta ovario circa columnam inserta, columnae non adnata. Antherae omnes extrorsae, connectivo in processum subulatum producto. Calycis tubus intus nunquam reticulatus, neque fauce annulatus; limbus laciniis elongatis conniventibus. Folia quotannis 5, squamiformia 3, frondosa 2.

*) foliis hieme marcescentibus.

1. A. Canadense Mchx.

Hab. in America septentrionali a Canada ad Carolinam. Planta apud nos sub dio culta variat floribus minoribus et majoribus. Haud raro flores tetrameri calycis limbo quadrifido, staminibus 8 + 8 et stigmatibus 8 occurrunt. Rudimenta petalorum cum laciniis calycis alternantia, subulata, filamentis castratis similia in hac specie saepe observantur.

2. A. Hookeri Fielding Sert. plant. t. 32; Klotzsch Aristolochiac. p. 586.

A. Canadense β. Hook. Fl. bor. Amer.

In America boreali occidentali. Praecedenti maxime affine, calycis laciniis longius subulatim acuminatis distinguendum.

3. A. Himalayicum Hook. f. et Thmps. ined.; Kl. l. c. 585.

In montibus Himalayicis. Species foliis acuminatis et flore in pedunculo erecto nutante insignis, sed non sine dubio hic inserta, quum interiores floris partes non examinaverim. Duratio foliorum quoque recognescenda.

**) foliis hieme persistentibus.

4. A. Europaeum L.

In Europa et Sibiria.

A. Ibericum Stev. s. A. Europaeum β. intermedium C. A. Meyer, Ledeb. Fl. Ross. III, 553 e provinciis Caucasicis mihi ignotum est.

Sect. II. CERATASARUM.

(Asarum § 2. Heterotropa A. Gray Man. p. 359.)

Ovarium semiinferum, parte libera conica. Styli columna brevissima mox radiatim sexpartita. Crura styli distincta, linearia, apice bifurcata, in bifurcatione extus stigmatifera. Filamenta ovarii cono basi adnata. Antherae omnes extrorsae, connectivo in processum brevissimum obtusum producto. Calycis tubus sub limbo aut non, aut leviter constrictus; limbus laciniis obtusis erectiusculis vel expansis. Folia quotannis plerumque 3: squamiformia 2, frondosum 1 persistens.

*) Tubus calycis elongatus, sub limbo leviter constrictus, intus neque reticulatus, nec fauce annulatus. Limbus brevis erectiusculus.

5. A. arifolium Mchx.; Kl. l. c. 585; Hook. exot. Fl. t. 40.

In Virginia et Carolina. In horto botanico desideratur. Folia subtus purpurascentia, supra secundum iconem Hookeri albo-maculata. A. grandiflorum Klotzsch l. c. 586 (an Loddiges?) sec. specimen herbarii Reg. in hort. Parisiensi cultum nonnisi floribus paullo majoribus differt.

**) Tubus calycis amplus, intus reticulatus, fauce annulo destitutus. Limbus brevissimus, erectiusculus.

6. A. **Virginicum** L.; Kl. l. c. 586; Sweet Flower-garden I, t. 18.

In Virginia et civitatibus australioribus. In horto bot. deest, nec alibi cultum vidi. Folia immaculata.

***) Tubus calycis brevis, intus reticulatus, fauce annulo instructus. Limbus elongatus, expansus.

7. A. **variegatum** A. Br. et Bouché.

Japonia? Conf. supra.

Sect. III. HETEROTROPA.

(Morr. et Decaisne in Ann. d. sc. nat. II, 1834, 314; Kl. l. c. 587.)

Ovarium basi calyci adnatum, majore parte liberum. Columna stylina indistincta, ab origine in discum ad medium sexlobum expansa, lobis s. cruribus contiguis, dilatatis et applanatis, emarginatis, sub emarginatura stigmatiferis. Filamenta brevissima, basi ovario brevissime adnata. Staminum exteriorum (stigmatibus oppositorum) antherae subintrorsae, interiorum extrorsae, omnes processu connectivi brevi dilatato et obtuso praeditae. Calycis tubus ventricosus, sub limbo valde constrictus, intus reticulatus et fauce annulo valido instructus. Limbus laciniis triangularibus, sub anthesi reflexus. Folia squamiformia 2, frondosum 1 persistens.

8. A. **Thunbergii** A. Br.
   A. **Virginicum** Thunb. Fl. Jap.
   Heterotropa asaroides Morr. et Decsn. l. c. t. 10; Bot. Mag. t. 3746 et 4933.

Japonia. In hortis rarum, difficile propagandum. Folia albo-maculata, ut in A. **arifolio** et **variegato**, sed majora. Flos quoque multo major. Caulis (rhizoma) abbreviatus, innovationum annotinarum (axillarium) concatenatione sympodium crassum, foliorum cicatricibus disticho ordine ornatum formans, in icone Hookeri laudata (Bot. Mag. 4933) bene expressum. In hac icone, quae ex parte redit apud Klotzsch l. c. t. I, f. 2, antherae omnes extrorsae delineantur, ut in reliquis Asari speciebus; hoc vero certo certius falsum est, quum observationes nostrae in planta viva institutae dehiscentiam heterotropam antherarum, qualis a clar. Morren et Decaisne descripta et figuris expressa est, omnino confirment. (A. Br.)

HELLEBORUS PORPHYROMELAS
A. Br. et Bouché.

Folium radicale unicum, coriaceum, durum, hieme **persistens**, **glabrum**, lamina digitato-quinata vel saepius pedato-septenata. Foliola spathulato-lanceolata, acuta, dense et argute serrata, serraturae dentibus erecto-patentibus rectiusculis acutis, venis subtus prominulis, supra impressis. Folia novella valde serotina, post anthesin omnino peractam demum evoluta. Scapus **brevis**, folium radicale non exsuperans, basi squamis tribus, inferioribus sordide atro- vel fusco-purpureis, instructus, inferne (aeque ac petiolus folii radicalis) maculis purpureis adspersus, glaber. Bracteae plerumque tres, frondescentes, colore purpureo tinctae, inferiores quinquefidae, rarius trifidae, suprema (sterilis) trifida, bifida vel integra. **Flores** 2-3, sub anthesi cernui, post anthesin erecti, **speciosi**, flores **Hellebori antiquorum** magnitudine superantes, e convexo demum explanati, diametro 7-8 decim. Sepala **facie glauco-purpurea**, **dorso purpurea**, maculis intensius coloratis obscure guttata, late obovata, **obtusiuscula**, margine se tegentia. Petala plerumque 13, luteo-viridia. Stamina circiter 60, **antheris** albidis, oblongis, diametro triplo (post dehiscentiam quadruplo) longioribus, **emarginatis**. Carpella plerumque 3, stylis stamina paullo superantibus purpureis. Fructum hucusque in horto non protulit.

Proximus **Helleb. Caucasico** C. Koch (in ind. sem. h. Ber. 1853, app. 24), glabritie omnium partium conveniens, sed praeter colorem floribus majoribus, sepalis latioribus obtusiusculis (non acuminatis), nec non foliorum serratura discedens.

Colebatur hucusque in horto Berol. sub nomine **Helleb. officinalis atropurpurei**, nescio an e Graecia introductus. Inter congeneres, qui in ollis coluntur, maxime tardivus.

Observ. Hellebori species difficile extricandae, peregrinatoribus iterum atque iterum commendandae, ut vivas in loco natali quoad formarum et colorum variationes observent. Specierum distributionem sequentem proponimus:

A. Caulescentes (folia frondosa in caule elato plurima; inflorescentia multiflora e cymis racemose dispositis composita):

1. H. **lividus** Ait.
2. H. **foetidus** L.

B. Scapigeri (folia frondosa pauca vel solitaria in caule subterraneo; scapus pauciflorus):

a. bracteae frondescentes:

α. folia frondosa (radicalia) plura, persistentia:

3. H. **Abascius** (Abschasicus) A. Br. ind. sem. h. Ber. 1853, app. p. 24; Passerini pl. nov. hort. Parmens. 1855, p. 11.
4. H. **guttatus** A. Br. et Sauer l. c. p. 23.
5. H. **antiquorum** A. Br. l. c. p. 23. H. orientalis Lindl. Bot. Reg. 1842, t. 34.

Variat folio radicali unico, qua re dubia de **Hell. officinali** Sibthorpii forsan solvuntur.

6. H. **Olympicus** Lindl. Bot. Reg.; A. Br. l. c. p. 23. H. biflorus hort. Vindob. A priore forsan specie non distinctus.

β. folium frondosum (radicale) unicum:

† folia coriacea, persistentia:

7. H. **porphyromelas** A. Br. et Bouché.
8. H. **Caucasicus** C. Koch; A. Br. ind. sem. h. Ber. l. c. p. 24.
9. H. **Ponticus** A. Br. l. c. p. 24. Species imperfecte cognita, cujus differentia a sequente non satis liquet.
10. H. **odorus** W. et K.

†† folia hieme marcescentia:

11. H. **purpurascens** W. et K. cum varietate **serotina** foliorum radicalium et bractearum laciniis longioribus et angustioribus, floribus pallidioribus.
12. H. **viridis** L., maxime polymorphus, cujus varietates nobis sunt:
    1. **atrorubens** (W. et K.), H. atrorubens et cupreus Host.
    2. **subcoloratus**, H. intermedius Host., non Guss.
    3. **laxus** (Host.), elatior, foliis serotinis, sepalis latioribus.

4. atrovirens, H. graveolens Host., humilior, foliis coaetaneis, sepalis latis atrovirentibus, superficie subglaucescentibus. A sequente varietate vix distinguendus. Flores plantae hortensis (ex hort. Vindob.) inodori.
5. Jacquinianus, H. viridis Jacq. Host., humilior, foliis coaetaneis, sepalis latioribus obtusis.
6. pallidus (Host.), major, foliis coaetaneis, sepalis mediocribus vel angustioribus.
7. dumetorum (W. et K.) minor, foliis coaetaneis, floribus minoribus, sepalis angustioribus.
8. Smithianus, H. viridis Engl. Bot., H. intermedius Guss., elatior, scapo magis folioso, foliolis grosse dentatis, floribus parvis vel mediocribus.
9. grandiflorus, floribus maximis, sepalis latioribus, foliorum serotinorum foliolis saepe multifidis ad H. purpurascentem accedens. Accipimus ex horto Hostiano sub nomine H. viridis. Hujus quoque lusum polygynum (carpellis 5-8) colimus.
10. cyclophyllus, major, scapo elato, floribus majoribus, sepalis latissimis, foliorum digitatorum foliolis latioribus, marginalium approximatione circulum formantibus. Insignem hanc varietatem e Graecia accepimus.

13. H. Bocconi Ten. Ad H. viridem Smithianum prope accedere videtur.

14. H. multifidus Vis., H. angustifolius Host. Hic quoque H. viridi nimis affinis.

b. bracteae non frondescentes, integrae, coloratae:

15. H. niger L. (A. Br.)

CEPHALOTAXUS PEDUNCULATA *Sieb. et Zucc.*

Varietas fastigiata, Taxi baccatae varietati, quae Hibernicae nomine in hortis divulgata est, analoga est Podocarpus Koraiana Sieb., id quod cl. Carrière (Trait. d. Conif. 1855, p. 465) jam suspicatus est. Specimina horti Berol. vetustiora passim ramos emittunt horizontales, foliis distiche expansis ornatos, ad formam typicam omnino recedentes. Flores in hisce ramis nondum quidem observavi, sed folia quoad structuram anatomicam cum illis Cephalotaxi pedunculatae omnino conveniunt.

Observ. Prumnopitys elegans R. A. Phil. in Linnaea XXX (1860), 730 secundum specimina ab auctore communicata, in herb. reg. asservata est Podocarpus (Stachycarpus) Andina Poepp., Endl. Syn. Conif. 219. — Pod. Andina hort. plur. est Pod. Chilina Rich. (A. Br.)

OSMUNDA SPECTABILIS *W.* sp. pl. V, 98; Presl Suppl. Pter. 63.

O. regalis β. spectabilis Gray. Man. 600.
O. glaucescens Link, Fil. h. Ber. 20; Mett. Fil. h. Lips. 116.

Speciminibus pluribus spontaneis Osmundae spectabilis, variis Americae sept. locis, praesertim circa Boston in Massachussets ab amico Dr. Weinland lectis, cum speciminibus O. glaucescentis in hort. Ber. et Lips. cultis diligenter comparatis nobis persuasum est O. glaucescentem Linkii veram esse O. spectabilem. Planta hucusque in horto Berol. sub nomine O. spectabilis culta ipsissima est O. regalis, cujus specimina Americana nunquam vidimus. Color glaucescens et pruina pedunculi, quibus O. spectabilis in statu vivo insignis est, aetate evanescunt et in speciminibus siccis saepe non amplius distinguuntur, sed adsunt aliae notae distinctivae minoris quidem momenti, sed satis constantes. Tota planta O. regali gracilior, petiolus plerumque longior tenuior, pinnae remotiores, pinnarum sterilium pinnulae 2 infimae, quae in O. regali suboppositae et rhachi primariae approximatae sunt, inter se longius distantes, inferior rhachi approximata, superior ab eadem remota. Pinnulae inferiores porro distinctius petiolatae et basi evidentius inaequilaterae, margine postico inferius, antico superius e costa prodeunte. Cl. Link l. c. O. glaucescentem suam »pinnulis integerrimis« distinguit, sed in ipso specimine herbarii Linkiani praesertim apicem versus evidenter serrulatae inveniuntur. Sporae cum O. regali omnino conveniunt. Variat ceterum pinnulis latioribus et angustioribus, nonnunquam basi auriculatis, nec non latere antico subpinnatifidis. Pinnulis ut in O. regali numerosis ab O. gracili Link differt. (A. Br.)

CAELEBOGYNE ILICIFOLIA *J. Sm.*

Fruticulorum vetustiorum, qui hucusque in horto Berol. floruerunt, unicus tantum aestate praeterlapsa flores protulit, quos, casu adverso impeditus, non omnes quidem, plurimos tamen tempore idoneo perquirere mihi licuit. Examini scrupuloso subjeci flores centum, inter quos erant: 1) flores 63 calyce pentamero, gynaeceo trimero, partibus accessoriis nullis, e quorum numero unus sepalo quinto altero margine glanduloso-calloso glabro (nec piloso) gaudebat; 2) flores 8 calyce tetramero, gynaeceo trimero, partibus accessoriis nullis; 3) flores 14 calyce tetramero, gynecaeo dimero, partibus accessoriis nullis; 4) flores 5 calyce pentamero vel tetramero (semel), partibus sepaloideis interioribus cum exterioribus alternis et minoribus 1 (quater) vel 2 (semel) aucto, gynaeceo trimero vel dimero (semel); 5) flores 3 calyce pentamero, gynaeceo trimero, partibus accessoriis 2 sepaloideis, altera minore hinc inde glanduloso-marginata; 6) flores 5 calyce pentamero, gynaeceo trimero, partibus accessoriis 1 (ter) vel 2 (bis) a sepalorum natura jam magis recedentibus, multo minoribus, sessilibus, triangularibus, apice pilosis altero latere vel utrinque glanduloso marginatis vel (semel) omnino ad glandulam triangularem sessilem reductis; 7) flores 2 calyce pentamero, gynaeceo trimero, parte accessoria cylindrica subclavata laevigata filamentum sterile aemulante instructi. Stamen perfectum, anthera pollinifera praeditum, quale cl. Karsten descriptione et icone illustravit, et cl. Crüger in insula Trinitatis jam antea observasse dicitur, in floribus femineis Caelebogynes ut invenerim mihi non contigit, neque staminodium polline instructum, quale Baillon exhibuit, vidi. Eodem tempore quo Berolini Caelebogyne horti Lipsiensis floruit, in cujus flores Mettenius inquisivit. Flores 10 scrupulose examinati neque stamina, neque staminum rudimenta continebant. De partium accessoriarum, quarum supra mentionem feci, situ, forma et structura alio loco fusius disseram.

Dabam d. XXV. Mart. 1862.

A. Braun.

Berolini, typis C. Feisteri.

INDEX SEMINUM

HORTI BOTANICI BEROLINENSI

1867.

INDEX SEMINUM

IN

HORTO BOTANICO BEROLINENSI

ANNO 1867 COLLECTORUM.

I. CRYPTOGAMAE.

Filices.

Acrostichum brevipes Kze. c.
» conopodium Mett. c.
» crassinerve Kze. c.
» Funkii Fée c.
» Karstenianum Kze. c.
» Lingua Raddi c.
» scolopendriifolium Raddi c.
» simplex Sw. c.
» viscosum Sw. c.
Adiantum caudatum L. c.
» concinnum H. B. K. c.
» cristatum L. c.
» cuneatum L. et F. c.
» Cunninghami Hook. c.
» curvatum Klfs. c.
» hispidulum Sw. c.
» lunulatum Burm. c.
» patens Willd. c.
» polyphyllum W. c.
» prionophyllum H. B. K. c
» pulverulentum L. c.
» reniforme L. t.
» rigidum Lk. t. c.
» setulosum J. Sm. c.
» tenerum Sw. c.
» trapeziforme L. c.
Allosurus falcatus Kze. t.
» flexuosus Klfs. t.
» rotundifolius Kze. c.
Alsophila aspera Br. c.
» glabra Bl. c.
» inermis Kl. c.
» Loddigesii Kze. t.
» obtusa Kl. c.
» pruinata Klfs. t.
» Schiedeana Pr. c.
» villosa Pr. (Humboldtii Kl.) c.
Aneimia cheilanthoides Klfs. c.
» collina Radd. c.
» tomentosa Moore c.
» (Aneimidictyon) hirta Sw. Pr. c.
» » var. fraxinifolia J. Sm. c.
» » » longifolia L. F. c.
» » laciniata Lk. c.
» » Phyllitidis Sw. Pr. c.
Angiopteris crassipes Wall. c.
Aspidium (Polystichum) coriaceum Sw. c.
» » vestitum Sw. t.
» (Cyrtomium) caryotideum Wall. t.

Aspidium (Lastrea) amplum Mett. (Polyp. Sloanei Kze.) c.
» » atrovirens (J. Sm.) t.
» » augescens Lk. c.
» » Caripense (Lgsd. et F.) var. brachylobum c.
» » concinnum Mett. c.
» » decursive-pinnatum Kze. c.
» » erythrosorum Eaton t.
» » excelsum Mett. (Phegopt. Leiboldiana Kl.) c.
» » filix mas (L.) β. cristatum d.
» » frondosum Lowe t.
» » immersum Bl. c.
» » Karstenii A. Br. c.
» » montanum (Vogler) Aschers. d.
» » Noveboracense Sw. fr. d.
» » oligocarpum Kth. c.
» » patens Sw. t.
» » pilosulum Kl. et Karst. c.
» » sanctum Mett. c.
» » Sieboldii van Houtte t. fr.
» » Thelypteris Sw. d.
» » uliginosum Kze. t.
» » villosum Sw. t.
» » vulpinum Kl. (crinitum Rchb. fil.) c.
» (Mesochlaena) Javanicum (R. Br.) Mett. c.
» (Nephrodium) abortivum Bl. t.
» » hastaefolium (Polypod. Sw.) t.
» » refractum A. Br. (Polyp. F. et M.) c.
» » reptans var. radicans M. (Polyp. reptans Sw.)
» » » » gracile (Goniopteris gracilis Moore) c.
» » scolopendrioides (Sw.) var. subpinnatum Mett. t.
» » violascens Lk. t.
» (Pleocnemia) Leuzeanum Kze. c.
» (Sagenia) coadunatum Wall. c.
» » Forsteri Kze. t.
» » grandifolium Mett. c.
» » macrophyllum Sw. c.
» » pteropus Kze.
» (Bathmium) trifoliatum Sw. c.
» (Fadyenia) Fadyenii Mett. c.
» (Arthropteris J. Sm.) albopunctatum Bory c.
Asplenium abscissum W. c.
» Adiantum nigrum L. var. acutum (Bory) t.
» attenuatum R. Br. t.
» auritum Sw. var. bipinnatisectum Mett. c.
» caudatum Forst. t.
» compressum Sw. c.
» contiguum Klfs. (Nietneri hort.) c.
» dimidiatum Sw. (A. zamiaefol. hort.)
» ebeneum Ait. t.

Asplenium flabellatum var. cyrtopterum (Kze.) Mett. c.
» flabellifolium Cav. c.
» formosum W. c.
» Hemionitis L. c.
» lacerum Schlecht. c.
» lunulatum Sw. c.
» macrophyllum Sw. c.
» marinum L. fr.
» » elongatum (Tovarense hort.) t.
» obliquum Forst. c.
» oligophyllum Klfs. c.
» polymorphum Mart. et Gal. c.
» praemorsum Sw. β. Canariense (W.)
» pteropus Klfs. c.
» pulchellum Raddi c.
» Serra Lgsd. et Fisch. c.
» viride Huds. d.
» (Caenopteris) Belangeri Kze. c.
» » bulbiferum Forst. c.
» » cicutarium Sw. c.
» » dimorphum Kze. c.
» (Diplazium) alternifolium (Bl.) Mett. c.
» » asperum Bergsm. c.
» » auriculatum (Klfs.) Mett. c.
» » celtidifolium (Kze.) Mett. c.
» » distentum A. Br. (Dipl. striatum hort.) c.
» » expansum (W.) (Dipl. obtusum Lk.) t.
» » grandifolium Sw. c.
» » Klotzschii Mett c.
» » nigropaleaceum Kze. c.
» » polypodioides (Bl.) Mett. c.
» » Wagenerianum (Kl.) Mett. c.
» (Anisogonium) decussatum Sw. t.
» (Hemidictyum) marginatum L. c.
» (Athyrium) Brownii Sm. t.
» » Filix femina Bernh. β. cristatum d.
» » » » var. angustifolium d.
» » decurtatum Presl. (Asplen. Lk.) t.
» » gymnogrammoides Kl. t.
» » Drepanopteron A. Br. t.
» » strigillosum Lowe c.
» » umbrosum (Ait.) J. Sm. t.
Blechnum attenuatum Mett. (Lomaria W.) c.
» australe L. t.
» Brasiliense Desv. c.
» » var. Corcovadense (Radd.)
» fraxineum W. (latifolium Moritz) c.
» gracile Klfs. c.
» lanceola Sw. c.
» l'Herminieri Mett. (Lomaria Bory.) t.
» longifolium H. B. K. c.
Brainea insignis Hook. c.
Ceratopteris thalictroides Brongn. c.
Cheilanthes argentea Hook. t.
» elegans Dsv. c.
» farinosa Hook. et Gr. c.
» microphylla Sw. t.
» pedata A. Br. (Hypolepis Hook.) c.
» pulveracea Presl. c.
» tomentosa Lk. t.
Chrysodium aureum Mett. var. inaequale (Willd.) c.
» crinitum Mett. c.
» repandum Mett. c.
Cibotium Schiedei Schlecht. et Cham. c.
Cyathea aurea Kl. c.
» medullaris Sw. c. t.

Davallia bullata Wall. (magnifica hort.) c.
» dissecta J. Sm. c.
» divaricata Bl. (polyantha Hook.) c.
» elata Sw. c.
» elegans Sw. c.
» stenocarpa Kl. c.
Dennstaedtia davallioides Moore (Dicksonia nitidula Kze.) c.
» tenera (Presl.) Moore c. t.
Deparea Moorii Hook. c.
Dicksonia arborescens L'Hérit. t.
» Culcita L'Hérit. c.
Dictyoxiphium Panamense Hook. c.
Didymochlaena lunulata Desv. c.
Gymnogramme Bouchéana A. Br. c.
» Calomelanos (L.) Klfs. c.
» chaerophylla Dsv. c.
» chrysophylla (Sw.) Klfs. c.
» » var. Laucheana (C. Koch) c.
» » » monstrosa c.
» davallioides hort.
» ferruginea Kze. c.
» Javanica Bl. c.
» l'Herminieri Bory c.
» pulchella Linden c.
» » var. hybrida.
» sulphurea Desv. c.
» tartarea Desv. c.
» tomentosa Desv. c.
» (Cincinalis) nivea (Desv.) Mett. c.
» » tenera (Gill.) Mett. c.
Hypolepis amaurorhachis Hook. t.
» Endlicheriana Presl. t. (Cheilanthes dicksonioides Endl.)
Lindsaea (Odontosoria) Chinensis Mett. (Davallia Sw.) c.
» » scandens Mett. (Davallia Hook.)
Llavea cordifolia Lag. c.
Lomaria fluviatilis Spr. t.
Lygodium Japonicum Sw. t.
Marattia cicutaefolia Klfs. c.
» Kaulfussii J. Sm. c.
» laevis Sm. c.
» laxa Kze. c.
» Laucheana hort. Hamb. c.
Meniscium giganteum Mett. c.
» proliferum Sw. c.
» reticulatum Sw. c.
» simplex Hook. c.
Microlepia platyphylla J. Sm. c.
» trichosticha (Hook.) J. Sm. c.
Mohria Caffrorum Dsv. (thurifraga Sw.) t.
Nephrolepis davallioides Kze. c.
» exaltata Schott. c.
Olfersia cervina Kze. c.
Osmunda cinnamomea L. t. d.
» regalis L. d.
» spectabilis W. d.
Phegopteris aspidioides (W.) Mett. c.
» divergens Mett. (Polyp. div. W.) d.
» inaequalis Fée c.
» rudis (Kze.) Mett. c.
» spectabilis Fée c.
» splendida Fée c.
» subincisa var. Galeottii A. Br. c.
» (Goniopteris) crenata (Sw.) Mett. c.
» » prolifera (Sw.) Mett. c.

Phegopteris (Goniopteris) tetragona Mett. c.
Platycerium alcicorne Dsv. c.
» grande J. Sm. c.
Polypodium (Eupolypodium) subpetiolatum Hook. c.
» (Goniophlebium) grandidens Kze. var. elongatum c.
» » » » undulatum c.
» » latipes Lgsd. et F. c.
» » neriifolium Schk. c.
» » » var. Preslianum (Spr.) c.
» » subauriculatum Bl. c.
» (Cyrtophlebium) lucidum Beyr. c.
» » opacum Mett. (P. Phyllitidis hort.) c.
» » taeniosum H. B. K. c.
» (Phlebodium) aureum L. c.
» » areolatum Humb. c.
» » pulvinatum Lk. c.
» (Phymatodes) longissimum Bl. c.
» » leiorrhizum Wall. c.
» » saccatum J. Sm. c.
» (Nipholobus) pertusum Roxb. c.
» » costatum Wall. c.
» (Selliguea) Féei Mett. c.
Polybotrya aurita Bl. c.
» pubens Lk. c.
» quercifolia Mett. c.
» serratifolia Kl. c.
Pteris allosora Lk. t.
» arguta Ait. t.
» argyraea Th. Moore c.
» aspericaulis Wall. var. tricolor hort.
» » » » rubronervia.
» caudata L.
» Cretica L. var. albo-lineata t.
» » var. emergens (Lk.) c.
» felosma J. Sm. c.
» flabellata Thunb. t.
» Giesbrechtii (Lonchitis) Brongn. c.
» » var. macrophylla t.
» hirsuta (Lonchitis L.) c.
» hastata Sw. t.
» heterophylla L. c.
» lata Lk. c.
» longifolia L. t.
» luxuriosa Kze. c.
» nemoralis W. var. variegata c. t.
» pyrophila Bl. c.
» semipinnata L. t.
» tremula R. Br. c.
» » var. platyphylla t.
» umbrosa R. Br. c.
» (Litobrochia) aurita Bl. c.
» » leptophylla Sw. t.
» » longipes Don. (tripartita Sw.) c.
» (Doryopteris) geraniifolia Raddi t.
» » palmata W. t
» » pedata L. c.
» » sagittifolia Radd. c.
» » » β. hastata Hook. (Alcyonis Lind. Cat.) c.
» (Onychium) aurata (Klfs.) Mett. c.
» » Japonica (Kze.) Mett. t.
Scolopendrium vulgare Sm. d.
» » var. daedaleum d.
» » » macrosorum d.
» » » Pensylvanium d.
Todea rivularis Sieb. t.
Woodwardia radicans Sm. t.
» (Doodya) caudata (R. Br.) Cav. t.
» » dives (Kze.) Mett. t.

II. GYMNOSPERMAE.

Coniferae.

Cupressus excelsa Scott. ♄. t.
Thuja occidentalis L. var. Warreana ♄. d.
» (Biota) orientalis L. var. pyramidalis ♄. d.

III. MONOCOTYLEAE.

Alismaceae.

Alisma Plantago L. var. lanceolatum With. ♃. d.

Amaryllidaceae.

Alstroemeria Chilensis van Houtte ♃. fr.
» psittacina Lehm. ♃. fr.
» tricolor Hook. ♃. fr.

Bromeliaceae.

Hohenbergia strobilacea Kl. ♃. d.
Macrochordium tinctorium Beer. ♃. d.

Cannaceae.

Canna elegans Bché. ♃. c.
» floribunda Bché. ♃. c.
» limbata Rosc. ♃. c.
» saturate-rubra Bché. ♃. c.
» Schuberti Bché. ♃. c.
» stenogyna Bché. ♃. c.

Commelinaceae.

Commelina clandestina Knth. ♃. fr.
» coelestis W. ♃. fr.
» » var. ambigua.
» polygama Roth. ♃. t.
» scapigera Knth. ♃. t.
» stricta Desf. ♃. t.
» » var. rorigera ♃. fr.
Tinantia undata Schlecht. ⊙. d.
Tradescantia iridescens Ldl. ♃. t.

Cyperaceae.

Carex Grayi Carey ♃. t. d.
» hordeiformis Whlbrg. ♃. d.
» indica L. ♃. c.
» maxima Scop. ♃. d.
» Pseudo-Cyperus L. ♃. d.
» vulpinoidea Michx. ♃. d.
Cyperus congestus Vahl. ⊙. t. d.
» fuscus L. ⊙. d.
» Irio L. ⊙. c.
» longus L. ♃. t.
» lucidus R. Br. ♃. d.
» strigosus L. ⊙. c. d.

Cyperus vegetus Vahl. ♃. c.
Isolepis Eckloniana Schrad. ⊙. c. d.
» leptalea Schult. ⊙. c. d.
» perpusilla Nees. ⊙. t.
Mariscus aggregatus W. ⊙. c.
» Jacquinii Kth. ⊙. c.
» Tovarei H. B. ♃. c.

Gramina.

Aegilops squarrosa L. ⊙. d.
Agrostis distans Kze. ⊙. d.
» lachnantha Nees. ⊙. t.
Aira capillaris Host. ⊙. c. d.
Alopecurus bulbosus L. ♃. d.
» lasiostachys Lk. ♃. d.
» utriculatus (L.) Pers. ⊙. d.
Andropogon giganteus? ♃. d.
Anthephora elegans Schreb. ⊙. c.
Aristida coerulescens Desf. ⊙. c.
Atropis distans Griseb. (Poa distans L.) ⊙. d.
Avellina Michelii (Sav.) Parl. ⊙. d.
Avena barbata Brot. ⊙. d.
» rigida Steud. ♃. d.
Beckeriopsis petiolaris (Hochst.) de Not. ⊙. c.
Beckmannia eruciformis (L.) Host. ♃. d.
Berchtoldia bromoides Presl. ⊙. d.
Boissiera Danthoniae (Trin.) A. Br. ⊙. d.
Brachypodium distachyum (L.) Beauv. ⊙. c. d.
» rigidum (Roth.) ⊙. d.
» silvaticum (Huds.) Beauv. ♃. d.
Briza maxima L. ⊙. d.
» media L. β. elatior ♃. d.
» minor L. ⊙. d.
Bromus Adoënsis Hochst. ⊙. d.
» Arduennensis (Lejeune) Kth. ♂. d.
» brizaeformis F. et M. ♂. d.
» Canadensis Michx. ♃. d.
» erectus Huds. ♃. d
» » var. villosus M. et K. ♃. d.
» » stenophyllus Lk. ♃. d.
» Gussonii Parlat. ⊙. d.
» inermis Leyss ♃. d.
» intermedius Guss. ⊙. d.
» laxiflorus Spr. ♃. d.
» longiflorus Willd. ♃. d.
» macrostachys Desf. ⊙. d.
» multiflorus Sm. ⊙. d.
» parviflorus Desf. ⊙. d.
» patulus M. et K. ⊙. d.
» » β. villosus Koch ⊙. d.
» pendulinus Schrad. ⊙. d.
» purgans L. ♃. d.
» purpurascens Delil. ⊙. d.
» rigidus Roth. ⊙. d.
» scaberrimus Ten. ⊙. d.
» Schraderi Kth. ⊙. d.
» scoparius L. ⊙. d.
» secalinus L. ⊙. d.
» Taena Steud. ⊙. d.
» vestitus Schrad. ⊙. d.
» Wolgensis Spr. ⊙. d.
Calamagrostis (Ammophila) arenaria (L.) Roth. ♃. d.
» elata Hartm. ♃. d.
» Hartmanniana Fries. ♃. d.
» pulchella Blytt. ♃. d.
Calamagrostis rubicunda Blytt. ♃. d.
» varia (Schrad.) Lk. ♃. d.
Castellia tuberculata Tineo ⊙. d.
Cenchrus echinatus L. ⊙. d.
» » var. robustus ⊙. c. d.
» lappaceus L. ⊙. d.
Chaeturus fasciculatus Lk. ⊙. d.
Chloris compressa Dec. ⊙. c. d.
» Gayana Kth. ⊙. c. d.
» imberbis Desf. ⊙. c
» radiata (L.) Sw. ⊙. d.
» truncata R. Br. ⊙. d.
Cornucopiae cucullatum L. ⊙. d.
Crypsis aculeata (L.) Ait. ⊙. d.
Ctenopsis pectinella (Del.) De Not. ⊙. d.
Cynosurus echinatus L. ⊙. d.
Dactylis glomerata L. var. hispanica (Rth.) ♃. d.
Dactyloctenium aegyptium (L.) W. var. mucronatum W. ⊙. c. d.
Danthonia calycina (Vill.) Rchb. (provincialis DC.) ♃. d.
» pilosa R. Br. ♃. t.
Desmaziera Sicula (Jacq.) Dumort. ⊙. d. (Brizopyrum Siculum Lk.)
Digitaria Aegyptiaca (Retz.) W. ⊙. d.
» brevifolia Lk. ⊙. d.
» ciliaris (Retz.) Koeler ⊙. d.
» eriogona Lk. ⊙. d.
» fimbriata Lk. ⊙ d.
» horizontalis W. ⊙. d
» umbraticola Kth. ⊙. d.
Dineba Arabica Jacq. ⊙. t. d.
Diplachne fascicularis (Lmk.) Beauv. ⊙. t.
Eleusine distans Lk. ⊙. d.
» Indica (L.) Gaertn. ⊙. d.
» oligostachys Lk. ⊙. c.
Elymus giganteus Vahl. ♃. d.
» sabulosus Bieberst. ♃. d.
» striatus W. ♃. d
» » var. major ♃. d.
» villosus Mühlenbg. ♃. d.
» virginicus L. var. lativalvis (Lk.) ♃. d.
Eragrostis Bahiensis (Schrad.) Schult. ⊙. d.
» ciliaris (L.) Lk. ⊙. c. d.
» pilosa (L.) Beauv. ⊙. d.
» purpurascens Nees. ⊙. d.
» tenella (L.) Beauv. ⊙. d.
Festuca arundinacea Schreb. ♃. d.
» Brinckmanni A. Br. ♃. d.
» cynosuroides Desf. ⊙. d.
» dimorpha Guss. ♃. d.
» Drymeia Mert. et K. ♃. d.
» elatior L. (pratensis Huds.) ♃. d.
» elegans Boiss. ♃. d.
» gigantea (L.) Vill. ♃. d.
» ovina L. var. amethystina Hort. ♃. d.
» » var. tenuifolia Schrad. ♃. d.
» pilosa Gaud. ♃. d.
» submutica ♃. d.
» tenella W. ⊙. d.
» valesiaca Gaud. ♃. d.
» (Vulpia) Myurus L. ⊙. d.
Gaudinia geminiflora Gay. ⊙. d.
Gymnostichum Hystrix (L.) Schreb. ♃. d.
Hordeum Aegiceras Nees. ⊙. d.
» bulbosum L. ♃. d.
» hexastichon L. ⊙. d.

Hordeum leporinum Lk. ⊙. d.
» macrolepis A. Br. ⊙. d.
» maritimum With. ⊙ d.
» murinum L. var. Chilense ♃. fr
» secalinum Schreb. ♂. d.
Koeleria Berythia Boiss ⊙. c. d.
» hispida (Savi) Dec. ⊙. d.
» phleoides Pers. ⊙. d.
» pubescens (Vahl.) Beauv. ⊙. d.
Lamarckia aurea (L.) Moench ⊙. d.
Lasiagrostis argentea Lk. ♃. d.
» splendens (Trin.) Kunth ♃. d.
Lolium linicolum A. Br. var. aristatum. ⊙. d.
Melica altissima L. ♃ d
» aspera Desf. ♃. d.
» aulica ♃. d.
» Magnolii Gr. et Godr. ♃. d.
NephelochloaSoongarica Griseb.(Glyceria Schrenk)⊙.d.
Oryza sativa L. ⊙. c.
» » var. aristata ⊙. c
» » » latifolia ⊙. c.
» » » perennis ♃. c.
Panicum asperrimum Lag. ⊙. d
» crus-corvi L. ⊙. d
» (Echinochloa) Cienkowskii Rupr. ⊙. d.
» » esculentum A. Br. et Bouché ⊙. t. d.
» » oryzinum Gmel. ⊙. d.
» (Ptychophyllum) Crus Ardeae W. ♃. c
» » palmaefolium Poir. ♃. c.
» » plicatum Lam ♃. c.
» (Setaria) chrysanthum Steud. ⊙. c. d.
» » Italicum var. erythrospermum Roth. ⊙. d.
Paspalus stoloniferus Bosc. ⊙. d
Phalaris angusta Nees. ⊙. d
» minor Retz. ⊙. d.
» paradoxa L. ⊙. d.
» » var. praemorsa Coss. et Dur. (pseudoparadoxa Fig. et De Not.) ⊙. d.
Piptatherum paradoxum (L.) Beauv. ♃. d.
Poa alpina L. ♃. d.
» » var. Badensis Haenke ♃. d.
» Chaixii Vill. (Sudetica Haenk.) ♃. d.
» concinna Gaud. ♃ d.
» Molinerii Schleich. ♃. d.
» punctata Lk. ♃. d.
Polypogon affinis Brongn. ⊙. d. (= interruptus H. et B.?)
» maritimus W. ⊙. d.
» Monspeliensis (L.) Desf. ⊙. d.
Scleropoa articulata (Lk.) ♃. d.
» rigida (L.) Griseb. ⊙. d.
Secale fragile M. B. ♂. d.
Stipa formicarum Delil. ♃. d.
» juncea L. ♃. d.
Trisetum argenteum (W.) R. et S. ♃. d.
» distichophyllum Vill. Beauv. ♃. d.
» quercifolia H. B. K. ⊙. d.
» Tatula L. ⊙. d.
Hyoscyamus niger L. ♂. d.
» » var. pallidus (Kit.) ⊙. d.
Nicandra physaloides (L.) Gaertn. ⊙. d.
» » var. violacea ⊙. d.
Nicotiana cirrhoides Miers ⊙. d.
» glutinosa L. ⊙. c. d.
» Langsdorffii Weinm. ⊙. d.
» micrantha Haw. ⊙. d.
» multivalvis Lindl. ⊙. c. d.
» plumbaginifolia Viviani ⊙. c. d.
» quadrivalvis Pursh ⊙. d.
» rustica L. var. bullata ⊙. c. d.
» Tabacum L. var. alipes Dun. ⊙. c. d.
» » atropurpurea grandiflora hort. ⊙. c. d.
» » subcordata (Sendtn.)
» vincaeflora Lagasc. ⊙. c. d.
Nolana prostrata L. ⊙. c. d.
Physalis aequata Jacq. ⊙. c. d.
» hirsuta L. ⊙. d.
» Linkiana Nees ⊙. d.
» Peruviana L. ♄. t.
Saracha viscosa Schrad. ♄. t.
Solanum aculeatissimum Jacq. ♃. t. d.
» Americanum Mill. ⊙. d.
» armatum R. Br. ♄. t.
» Cervantesii (pubigerum) Lagasc. ♄. t.
» cinereum R. Br. ♄. t.
» Dillenii Schult. ⊙. d.
» Douglasii Dun. ⊙. d.
» gracile Lk. ⊙. c. d.

Solanum Guineense Lam. ⊙. c. d.
» hirtulum Steud. ⊙. d.
» laciniatum Ait. ♄. t.
» nigrum L. var. atriplicifolium (Gill.) ⊙. d.
» » var. chlorocarpum A. Br. ⊙. d.
» » var. humile (Bernh.) ⊙. d.
» » var. memphiticum (Mart.) ⊙. d.
» opacum A. Br. et Bché. ♄. t.
» radicans L. fil. ♃. t.
» retroflexum Dun. ⊙. d.
» sisymbriifolium Lam. ⊙. c. d.
» stoloniferum Schlcht. ♃. fr.
» villosum Lamk. ⊙. d.
» Zuccagnianum Dun. ⊙. c. d.

Thymelaeaceae.

Pimelea ligustrina Labill. ♄. t.

Tropaeolaceae.

Tropaeolum peregrinum L. ⊙. c. d.

Umbelliferae.

Ainsworthia cordata (L. fil.) Boiss. ⊙. d.
» elegans Boiss et Bal. ⊙. d.
Angelica lucida L. ♃. d.
Anethum segetum L. ⊙. d.
» Sowa Roxb. ⊙. d.
Anthriscus vulgaris Hoffm. var. gymnocarpus Moris ⊙. d.
Archangelica atropurpurea Hoffm. ♃. d.
» decurrens Ledeb. Ledeb. ♃. d.
» litoralis Agardh ♂. d.
» officinalis Hoffm. ♃. d.
Astrantia Carniolica Wulf. ♃. d.
» elatior Frivald. ♃. d.
Baryosma villosum Bunge ♃. d.
Bowlesia tenera Spr. ⊙. d.
Bupleurum aciphyllum Webb. ♄. t.
» longifolium L. ♃. d.
» longiradiatum Turcz. ♃. d.
» protractum Lk. et Hfmg. ⊙. d.
» rotundifolium L. ⊙. d.
» salicifolium Lowe ♄. t.
Carum Buriaticum Turcz. ♂. d.
» rigidum Koch ♂. d.
Cnidium apioides (Lam.) Spr. ♃. d.
Conium maculatum L. ♂. t.
» » var. orientale ♂. d.
Coriandrum Melphitense Ten. et Guss. ⊙. d.
Eryngium corniculatum Lam. ♃. fr.
» planum L. ♃. d.
» pusillum L. ♃. fr.
» Spina alba Vill. ♃. d.
Ferula glauca L. ♃. d.
» peucedanoides Spr. ♃. d.
Foeniculum luteum Fisch. ♃. d.
» vulgare Gaertn. ♂. d.
Heracleum auritum Bisch. ♃. d.
» Caspicum Dec. ♃. d.
» dissectum Ledeb. ♃. d.
» gummiferum W. ♃. d.
» ligusticifolium M. Bieb. ♃. d.
» Persicum Desf. ♃. d.
» Pollinianum Bertol. ♃. d.
Heracleum pubescens M. Bieb. ♃. d.
» trachyloma F. et M. ♃. d.
» villosum Fisch. ♃. d.
» Wilhelmsii F. et Lallem. ♃. d.
Hydrocotyle moschata Forst. ♃. t.
» triloba Thunb. ♃. t.
Imperatoria Caucasica (Bieberst.) Spr. ♃. d.
Laserpicium hispidum Bieberst. ♃. d.
» latifolium L. ♃. d.
Myrrhis odorata (L.) Scop. ♃. d.
Oenanthe pimpinelloides L. ♃. d.
Orlaya platycarpa (L.) Koch ⊙. d.
Pachypleurum alpinum Ledb. ♃. d.
Peucedanum Rablense (Wulf.) Koch ♃. d.
Physocaulis nodosus (L.) Tausch ⊙. d.
Pimpinella gracilis Boiss. ♂. d.
» magna L. ♃. d.
» » var. dissecta ♃. d.
» » » stricta ♃. d.
» peregrina L. ♂. d.
Prangos ferulacea (L.) Lindl. ♃. d.
Scandix Balansae Reut. ⊙. d.
» brachycarpa Guss. ⊙. d.
» macrorrhyncha F. et M. ⊙. d.
» Pecten Veneris L. ⊙. d.
Seseli elatum Gouan ♃. d.
» Hippomarathrum L. ♃. d.
» tortuosum L. ♂. d.
Siler trilobum Scop. ♃. d.
Smyrnium perfoliatum Mill. ♃. d.
Tommasinia verticillaris (L.) Bert. ♃. d.
Tordylium Hasselquistiae Dec. ⊙. d.
» Syriacum L. ⊙. d.
Trachymene australis Benth. ♂. d.
» pilosa Sm. (Dimetopia pusilla Dec., hirta Benth. et caet.) ⊙. d.
Xanthogalum purpurascens Lallem. ♃. d.

Urticaceae.

Forskahlia tenacissima L. ⊙. c.
Urtica pilulifera L. ⊙. d.
» » var. Dodartii (L.) ⊙. d.

Valerianaceae.

Valeriana exaltata Mikan ♃. d.
» scandens L. ♃. c. (Caracas.)
Valerianella chlorodonta Ten. ⊙. d.
» coronata Dufr. ⊙. d.
» dentata Dec. ⊙. d.
» discoidea Lois. ⊙. d.
» hamata Bast. ⊙. d.
» platyloba Fisch. ⊙. d.
» puberula Dec. ⊙. d.
» pumila Dec. ⊙. d.
» sphaerocarpa Dec. ⊙. d.
» » β. lasiocarpa ⊙. d.

Verbenaceae.

Verbena glandulosa Morren ⊙. d.
» urticifolia L. ♃. d.

Zygophyllaceae.

Fagonia cretica L. ♄. t.

A. Braun,
horti director.

C. Bouché,
horti inspector.

APPENDIX

SPECIERUM NOVARUM, MINUS COGNITARUM, CRITICARUM,
QUAE
IN HORTO REGIO BOTANICO BEROLINENSI COLUNTUR.

1867.

SELAGINELLA METTENII *A. Br.*

Surculi elongati, prostrati et radicanti-repentes, versus apicem adscendentes, pinnatim ramosi. Rami inferiores remoti, superiores approximati, breves, horizontaliter expansi, 3-6-ramulosi, ramulis simplicibus vel infimis bifidis. Rami accessorii ex axillis foliorum axillarium paginae inferioris (nec non superioris) demum prodeuntes, in surculi primarii formam excrescentes. Radices tenues, geminatae, postica major et antica minor. Caulis dorso et ventre subcarinato-convexus, utrinque sulco lato exaratus, vasorum fasciculis 3 superpositis, medio majori, supremo tenuissimo. Folia herbaceo-viridia, ubique dimorpha, in caule primario remotiuscula, in ramis conferta, sed vix contigua; lateralia antica, subpatentia, recta vel paullulum sursum incurva, subaequilatera, ovalia vel ovali-lanceolata, inferiora vix, superiora brevissime acuminata, acuta, basi inferiore libera et leniter subcordato-excisa, superiore attenuata, ad $\frac{2}{3}$ integerrima anguste albomarginata, prope apicem denticulata. Folia intermedia in caule primario lateralibus vix minora, in ramis duplo-triplo-minora, adpressa, oblonga, breviter acuminata, basi oblique adnata et utrinque brevissime et anguste subauriculata, integerrima, dorso carinata et stomatibus per totam superficiem sparsis albo-punctata. Epidermis paginae superioris foliorum e cellulis orbicularibus margine subflexuosis chlorophyllo repletis, paginae inferioris elongatis flexuosis chlorophylli granula minora vel omnino nulla continentibus. Spicae in apicibus ramulorum, a dorso compressiusculae, bracteis conformibus.

Singularem hanc plantam, quae normaliter radicibus posticis simul et anticis gaudens primarias generis sectiones, Selaginellas continuas et articulatas, quasi conjungit, vere anni 1865, hortum Lipsiensem beato Mettenio duce perlustrans, offendi et statim novam esse cognovi. Mettenius de origine hujus plantae nihil certi enuntiare potuit, quam varietatem S. uncinatae in horto ortam esse suspicavit. Sane similitudo quaedam cum S. uncinata haud neganda est, sed deest splendor coerulescens, surculi apice adscendunt, nec in formam stolonum elongatorum excurrunt et rami accessorii in planta nova frequentissimi in S. uncinata omnino desiderantur. Folia lateralia in S. uncinata omnino integerrima, in S. Mettenii versus apicem denticulata; folia intermedia in hac in acumen obtusum recurvatum abeuntia, in illa omnino adpressa et acumine acuto terminata, in hac late, in illa angustissime albo-marginata. Nihilominus Selaginellam Mettenii in ipso horto Lipsiensi ortam esse a vero haud abhorrere videtur et quidem, ut mihi persuasum est, foecundatione hybrida e S. inaequalifolia et S. Kraussiana (hortensi). Habitu quidem a S. inaequalifolia, quae ad altitudinem 1-2-pedalem assurgit, longius distat quam a S. uncinata, sed notis pluribus magis convenit, imprimis ramorum accessoriorum procreatione, foliis intermediis adpressis acute-acuminatis, stomatum in his dispositione et epidermidis structura. Ab altera parte vegetatio prostrata, foliorum lateralium serratura, praesertim vero radicum anticarum praesentia Sel. Kraussianae vim testantur. Spicas perfecte evolutas et fertiles hucusque non produxit, quod non minus originem hybridam indicare videtur. (A. Br.)

SELAGINELLA BREVIPES *A. Br.*

S. Griffithii hort.; M'Nab in Transact. of the bot. soc. of Edinb. IX (1867) p. 8; Baker in Gardn. Chron. 1867, p. 1190 (non Spring).

Surculi caulescentes frondiformes. Stipes brevis, basi stolones breves mox assurgentes emittens. Lamina ovato-triangularis, e tripinnato decrescens, ramulis versus apicem angustatis. Caulis goniotrope tetragonus, facie leviter bisulcatus, dorso rotundatus vel deplanatus, albido-stramineus. Folia herbaceo-viridia, subtus pallidiora, in stipite inferne subhomoeomorpha, laminae lateralia subpostica, distantia (in ramulis subcontigua), ovato-oblonga (in ramulis angustiora), leviter falcata, obtusiuscula vel subacuta, latere anteriore inferne valde dilatata rotundata albomarginata dense serrato-denticulata (in ramulis laxius paucidentata), versus apicem et toto margine posteriore integerrima, basi posteriore attenuata, nervo supra prominulo, subtus sulcato; axillaria lateralibus non majora, subaequilatera, utrinque ad apicem usque serrato-denticulata; intermedia duplo-triplo minora, convergentia, oblique ovata (in ramulis oblonga), cuspidata, basi oblique inserta subcordata, margine serrato-denticulata (in ramulis paucidentata vel subintegerrima), dorso sulcarinata. Spicae graciles, ramulis multo angustiores, exacte quadrangulares. Bracteae subhomoeomorphae, ovatae, breviter acuminatae, marginatae, serrato-denticulatae. Microsporangia oblonga. Microsporae ochraceae, muricatae. Macrosporae parvae, albidae, acute cristatae, reticulatae.

Ex insula Borneo hanc speciem introduxerunt hortulani Veitch; in horto Berol. colitur ab anno 1860. Affinis S. flabellatae, sed ciliorum defectu facile distinguenda; cum S. Griffithii Spring, quae eadem est ac S. Merguina ejusdem, ne minimam quidem habet affinitatem. Specimen spontaneum a cl. von Martens collectum folia habet densius conferta, breviora et obtusiora.

ISOËTES TUCKERMANI *A. Br.*

Vegetatio aquatica submersa. Rhizoma parvum bilobum. Folia minus numerosa, plerumque recurva, tenera, media longitudine 1$^{\text{mm.}}$ lata, versus apicem vix conspicue attenuata, teretiuscula, fasciculis fibrosis periphericis carentia, sed stomatibus parce instructa. Vaginae margines accurrentes angusti, hyalini. Sporangium minutum, velo ad medium fere tectum, pallidum, cellulis epidermidis sclerenchymaticis aureofuscescentibus raris et sparsis ornatum. Microsporae sublaeves vel vix conspicue tuberculatae. Macrosporae 0,56 ad 0,66$^{\text{mm.}}$ crassae, inter angulos acute prominentes grosse et laxe rugatae, rugis elevatis varie erosis, a vertice radiatim excurrentibus, in faciebus verticis subparallelis et parce anastomosantibus, in facie basali irregulariter subreticulatis.

Hab. prope Boston in Massachussets, ubi sagacissimus Isoëtium indagator Boott hanc speciem olim a cl. Tuckerman detectam et sub nomine Is. ripariae distributam denuo invenit et vivam misit.

Differt ab I. lacustri teneritate omnium partium, stomatibus in foliis et cellulis sclerenchymaticis in sporangiis obviis, macrosporarum rugis laxioribus et magis continuis. Propius accedit ad I. ripariam Engelm.

ISOËTES ENGELMANNI *A. Br.* in Flora 1846, p. 178; Sillim. Journ. 1847, p. 53; *Asa Gray* Man. ed. IV. p. 606.

Amphibia, emergens, valida, plerumque polyphylla et longifolia. Rhizoma crassum, bisulcum. Foliorum vagina squamiformis plerumque elongata et pallida, marginibus accurrentibus hyalinis; lamina utrinque plus minus evidenter marginata, antice planiuscula, dorso valde convexa, fasciculis fibrosis periphericis 4 (accessoriis nullis) percursa, stomatibus instructa. Velum angustum, decurrens. Labium non productum, subexcisum. Lingula basi cordata, oblonga. Sporangium plerumque pallidum et cellulis sclerenchymaticis destitutum. Microsporae laeves vel tuberculis parum conspicuis subdenticulatae. Macrosporae albae, 0,48-0,58 crassae, inter angulos rugis elevatis irregulariter dentatis favoso-reticulatae.

Species in America septentrionali satis divulgata, maxime variabilis, hic ad formam normalem descripta, cujus specimen insigne a cl. Engelmann missum nunc in horto universitatis Berol. colitur.

ISOËTES MELANOPODA *Gay* in litt. Apr. 1863; *Du Rieu de Maisonn.* in Bull. de la soc. bot. d. France XI (1864) p. 102.

Vegetatio amphibia vel subterrestris. Rhizoma subglobosum deorsum intumescens, sulco angusto in lobos duos rotundatos radicibus ubique obsitos divisum, sursum foliorum fasciculum gerens basi bulbi instar consertum, erectum vel modice divergentem. Foliorum vagina squamiformis dorso praeter marginem hyalinum fusco-nigricans, nitida, rarius (in speciminibus aquaticis?) fusco-variegata vel pallida; lamina subulata, angusta, rigidiuscula, utrinque acute marginata, antice plana vel medio paullulum elevata, dorso valde convexa et carinata, fasciculis fibrosis periphericis primariis 4 et in latere postico accessoriis minoribus utrinque 4-8 percursa, stomatibus crebris instructa. Velum angustum vel angustissimum, utrinque longe decurrens. Labium productum, obtusum vel truncatum, saepius bifidum, rarius acuminatum. Lingula magna, cordata, labio triplo longior, fugacissima. Epidermis sporangiorum cellulis sclerenchymaticis crebris varie junctis fuscescentibus signata. Microsporae tuberculis minutis acutiusculis praesertim in statu sicco conspicuis quasi denticulatae. Macrosporae omnium minimae, 0,30-0,40$^{\text{mm.}}$ crassae, albae, depresso-globosae, angulis verticis nec non angulo circulari angustis parum prominentibus, faciebus omnibus tuberculis minutissimis dense congestis parum elevatis et passim subconfluentibus exasperatis.

Speciem valde insignem, cujus characteres hucusque imperfecte tantum notos hic fusius exposuimus, prope Athens in Illinois detexit E. Hall, a quo lectam vivam misit Dr. G. Engelmann. (A. Br.)

MARSILIA DRUMMONDII *A. Br.* in Linnaea XXV (1852) p. 721; Monatsb. d. Ak. d. W. Oct. 1863, p. 426. M. macropus *Hook.* Ic. pl. X (1854) t. 909 (non Engelm.).

Speciosa, robusta, rhizomate plantae fructiferae dense constipato. Foliola late spathulata, integerrima vel fronte obiter crenulata, dense villosa, superficie demum glabrescentia, decrepita flavescentia vel luteofuscescentia. Sporocarpia ex infima basi petiolorum solitarie vel rarius geminatim orta, pedunculo triplo vel quadruplo longiore stricto suffulta, adscendentia, modice compressa, oblique ovata, secus lineam dorsalem recta, linea ventrali valde convexa, apice valde obliqua, ad maturitatem usque pilis argenteo-canescentibus vestita, depilata fusco-lutea, vix conspicue costata. Dentes ad basin superiorem sporocarpii approximati, breves, obtusi, superior latior demum (in fructu bene maturo) decorticatus atronitens. Sori utrinque 6-10.

Hab. in Australia occidentali et orientali. Fructus ni fallimur ad flumen Darling lectos communicavit Osborne, e quibus plantam in horto anno 1863 educavimus. Colitur terrestris per aestatem sub divo, per hiemem in tepidario, prima tantum juventute in olla aquaria submersa tenetur. Adulta in lacum transplantata longissime reptat, folia longe remota natantia glabra producens simulque sterilescens.

Sporocarpia plantae spontaneae 5-6$^{\text{mm.}}$ longa, 4$^{\text{mm.}}$ lata; plantae cultae 6-9 longa, 4-5 lata. Caeterum formae complures huic valde cognatae, aut varietatum aut subspecierum loco habendae, in Australia reperiuntur, e quarum numero sequentes in horto coluntur.

M. (DRUMMONDII VAR.) MACRA *A. Br.*

Omni parte minor et tenuior, rhizomate minus constipato. Pedunculus sporocarpio duplo triplove tantum longior, minus strictus. Sporocarpium fere horizontale, brevius et magis tumidum, nonnunquam linea dorsali concava sursum curvatum, pilis arctius adpressis fuscescentibus vestitum, depilatum sordide olivaceum. Dentes sporocarpii paullo longiores. Sori utrinque 6-7.

E fructibus inter Stockes Range et Cooper's Creek lectis, a cl. Ferd. Müller communicatis in horto enata 1866, secundo anno (1867) fructificans.

Sporocarpia in patria orta 4½-5$^{\text{mm.}}$ longa, 3½-4 lata; culta 5-6 longa, 3½-4 lata.

M. (DRUMMONDII VAR.) SALVATRIX *Hanstein* in Monatsb. d. Ak. Febr. 1863, p. 103; *A. Br.* in Monatsb. Oct. 1863, p. 427.

Speciosa, rhizomate etiam in planta fructifera elongato. Foliola fronte crenata vel crenato-incisa, crenis 6-8 rarius pluribus, decrepita brunneo- vel coffeaceo-fuscescentia. Pedunculus sporocarpio triplo- ad quadruplo longior, leniter curvatus. Sporocarpium adscendens, compressum, ovale, linea ventrali convexiore subobliquum, apice rotundatum, ad maturitatem usque pilis fuscescentibus dense vestitum, depilatum intensius fuscum et conspicue costatum. Dentes quam in M. Drummondii genuina fortiores, inferior longior obtusus, superior acutus, maturitate non decorticatus. Sori utrinque 8-12.

E fructibus in Australia centrali »Nardu« dictis loco Cooper's Creek, ubi peregrinator Burke fato succubuit, 1861 lectis et a cl. Osborne nobis allatis in horto Berolinensi primum colebatur 1863. Sporocarpia gelatinam et sporas amylo repletas continentia indigenis pultem et panem praebent.

Sporocarpia culta spontaneis paullo majora, 7-10$^{\text{mm.}}$ longa, 5-6 lata.

M. (DRUMMONDII VAR.) ELATA *A. Br.*

Statura fere praecedentium, rhizomate plantae fructiferae valde constipato. Foliola integerrima vel fronte leniter repando-crenata, villosa, decrepita flavescentia. Pedunculus longissimus sporocarpium quinquies ad vigesies longitudine exsuperans, erectus. Sporocarpium erectum, valde compressum, ovale vel oblongum, subaequilaterum, altero latere basi brevissime bidentatum, pilis argenteo-canescentibus ad maturitatem usque dense vestitum, depilatum laete aut griseo-fuscum, conspicue costatum. Sori utrinque 7-9.

Fructus ab indigenis sub nomine »Addo« ad panem conficiendum usitatos anno 1861 in Australia septentrionali legit peregrinator Mac Kinley et communicavit Dr. Ferd. Müller. Sporae in horto nostro germinaverunt anno 1864.

A praecedentibus facile distinguitur pedunculorum longitudine et sporocarpiis erectis. Pedunculi caeterum in eodem caespite longitudine diversi, 3-9, in aliis speciminibus 4-10 centim. longi. Vidimus nonnullos 14 centim. longos, petiolos longitudine fere aequantes. Sporocarpiorum quoque magnitudo valde variabilis est, in planta spontanea aeque ac in culta, quae caeteris paribus sporocarpia majora profert. Dantur inter specimina culta formae tres, microcarpa sporocarpiis 6-8$^{\text{mm.}}$ longis, 4½-5 latis; macrocarpa sporocarpiis 9-12$^{\text{mm.}}$ longis, 5½-6 latis, et intermedia.

M. hirsuta R. Br. et M. angustifolia R. Br. ab omnibus M. Drummondii varietatibus differunt pedunculo brevissimo, sporocarpium longitudine vix aequante.

Coluntur porro in horto Berolinensi:

M. quadrifoliata L.
M. diffusa Leprieur, A. Br. in Monatsb. d. Berl. Ak. 1863, p. 419. E sporis speciminum a cl. Pervillé in Madagascaria anno 1841 lectorum in horto germinavit annis 1865 et 1866.
M. crenulata Desv. Ann. de la soc. Linn. de Paris 1827, p. 178; M. crenata Presl. Reliq. Haenk. (1830) p. 84; A. Br. Monatsb. 1863, p. 420. E sporis speciminum a Dr. Ayres in insula Mauritii collectorum in horto enata 1865.
M. Aegyptiaca W.
Planta viva prope Cahiram lecta anno 1855 in hortum introducta hucusque sterilis permansit.
M. pubescens Tenore. E sporis speciminum gallicorum anno 1847 in horto Friburgensi educavimus, unde per hortos botanicos Germaniae divulgata est; nuperrime (1866) sporae speciminum anno 1838 lectorum germinaverunt!

Observ. Marsiliae species e sporis facillime educantur, si fructibus prorsus maturis uti possis; qui vero si ad perfectam maturitatem nondum pervenerint, sementem frustra institues. Qua in re parum interest, fructus sintne hornotini an pluriennes, quum sporas in sporocarpiis durissimis arcte inclusas germinandi facultatem per triginta annos saltem, nisi diutius, conservare experti simus. Species ergo exoticae numerosae in herbariis obviae facillimo negotio in hortis botanicis excolere liceret, nisi specimina plurima in museis conservata ante maturitatem perfectam collecta essent. Pro fructibus Marsilearum maturandis praeter dubium speciebus variis varia caloris intensitate opus est, qua re explicatur, quod species Novae Hollandiae sub coelo Berolinensi nunquam adhuc sporas germinando idoneas perfecerunt. Omnibus vero, quibus Marsilias in patria colligere liceat, fructus in hortorum botanicorum usum prorsus maturos colligendos quam maxime commendamus. (A. Br.)

ACROSTICHUM GUATEMALENSE *Klotzsch* Berl. Gartenz. 1855 p. 66.

Cum hac specie exacte congruit Acrostichum conopodium Mett. msc. et hortorum. Affine est Acrosticho microlepidi Kunze (Caracas), quod differt rhizomate subelongato, paleis ferrugineo-fuscis, ovatis, acuminatis, subintegris vestito, lamina oblonga vel ovato-oblonga, basi attenuata in petiolum decurrente, paleis integris fuscis, minutissimis punctata. A. Guatemalense Kl., primum a cl. Lauche anno 1856 ex sporis e Guatemala allatis excultum, a recentioribus auctoribus nullibi commemoratur. (M. Kuhn.)

MICROLEPIA MAJUSCULA *(Lowe) Moore.*

Specimina in horto Lipsiensi et Chelsea culta exacte congruunt cum planta Thwaitesiana n. 3827 (e Ceylania), quam cl. Thwaites in Ceylon plants p. 438

Davalliam proximam nominavit. Qua ex re patet patriam prius dubiam insulam Ceylanicam esse. Synonyma hujus speciei sunt: Davallia majuscula Lowe ferns VIII, T. 33. — Microlepia Moore Ind. 297. — Davallia proxima Thwait. Ceyl. pl. p. 438. — Microlepia Bedd. F. S. Ind. p. 84, T. 254. — Davallia Thwaitesii Baker in Hook. Syn. fil. p. 99.
(M. Kuhn.)

ALISMA CANALICULATUM *A. Br.* et *Bouché* in ind. sem. h. Ber. anni 1862 et sequent.

Speciminibus plurimis Alismatis Plantaginis europaei et americani (A. trivialis et parviflori Pursh) comparatis plantam Japonicam quoque pro varietate hujus speciei habemus. In planta europaea vulgari aeque ac in Al. arcuato Michalet, quod sine dubio e loci conditione originem ducit, carpidia videmus normaliter dorso bisulcata et tricarinata, carina media inter laterales prominente; occurrunt autem formae carina vix aut non prominente, immo in nonnullis ejusdem fructus carpidiis profundius sita aut omnino oblitterata. Specimina americana partim cum europaeis congruunt, partim (varietatis parviflorae) in omnibus carpidiis carina media profundius sita, lateralibus validioribus superata gaudent. In planta horti Berolinensis e seminibus Japonicis anno 1861 enata carpidia omnia dorso sulco mediano profundo et angusto exarata sunt, carina media omnino nulla, aut vix distincta in fundo sulci occulta. Sed in Japonia ipsa transitus ad formam vulgarem non deest, ut specimina herbarii regii a cl. Wichura prope Jokuhama 1860 lecta demonstrant.

Petala in planta Japonica culta calyce breviora, suborbicularia, albida, marcescentia roseola. Carpidia 14-16, $2\frac{1}{2}^{\mathrm{mm.}}$ longa, stylo paullo minus profunde inserto quam in formis europaeis et americanis. Folia late lanceolata. (A. Br.)

ORNITHOGALUM BOUCHÉANUM (Kth.) *Aschs.*

Oestr. botan. Zeitschr. 1866, p. 192.

Myogalum Bouchéanum Kth. enum. IV, p. 348 (1842)!

Ornithogalum chloranthum Sauter in Koch Taschenbuch d. deutschen u. schweizer Flora p. 508 (1844) et in synops. fl. germ. ed. II (lat.), p. 822 (e planta Cl. Sauter accepta!).

Albucea chlorantha Rchb. ic. fl. germ. X, p. 17 n. 1032 (e plantis Brittingeri et Sauteri laudatis).

Planta a Cl. Kunth l. c. secundum Cl. C. P. Bouché observationem egregie exposita, Germaniae botanophilis hucusque sub nomine Sauteriano, biennio post Kunthii descriptionem edito, solummodo innotuit. Cl. C. D. Bouché, hujus horti inspector, vere 1866 certiores nos fecit, plantam patris nomine nobilitatam in viridario regio, Monbijou dicto, copiosissime provenire; quam plantam antea cum O. nutante, in hortis hujus regionis nonnullis, ut in horto botanico, uberrime inquilino, in viridario Monbijou vero parcius occurrente, confusam fuisse facili negotio nobis persuasum est. Plantam nostram cum descriptione O. chloranthi Kochiana comparatam, cum specie Sauteriana convenire suspicati, exemplis vivis a Cl. Brittinger et siccis a Cl. Sauter ipso benevole nobiscum communicatis rem ita se habere comperti sumus. Cl. Koch, O. nutantis et chloranthi a Cl. Sauter, de flora Austriae phanerogama et cryptogama optime merito, primum distinctorum habitum et characteres maxima pro parte solita perspicuitate tam praeclare exposuit, ut plantam juxta ejus librum vix ullibi perperam determinatam offenderimus, etsi notam primariam, a Bouché detectam et a Kunth bene indicatam, staminum scilicet superficiei internae cristam in dentem acutum superne desinentem, neglexerit, quam vero Cl. Weiss, Norimbergensis, qui Kochii hortum siccum emerat, in Bonplandia 1856, p. 178 opportune supplevit, ut de speciei Kunthianae et Sauterianae congruentia, jam ante exempla originaria inspecta dubitari vix potuerit. In diagnosibus O. nutantis et chloranthi a Koch datis discrimen e pedicelli longitudine petitum solummodo rejiciendum, quem in O. chlorantho semper ovarium aequantem invenimus; dentium staminum lateralium longitudo et proportio, antheris comparatis, minus constans et secundum florescentiam progredientem nimis mutabilis; omnino vero dentes in O. chlorantho angustiores et magis acuti quam in O. nutante, cujus in staminibus brevioribus dentium lateralium loco non raro observantur anguli tantum parum supra dentis antheriferi basin prominuli. Cujus notae, a Link aliisque magni aestimatae variabilitate Myogali generis, hoc soli charactere constituti, distinctio valde labefacta O. prasandro Griseb. (spic. fl. rumel. et bithyn. II, p. 390 (1844) quocum Myogalum Thirkeanum C. Koch (Linnaea XIX, p. 11 (1847) ab auctore ipso conjungitur, staminibus brevioribus edentulis praedito prorsus infringitur; ut Cl. Grisebach l. c. lucide exposuit. Quare planta nostra prioritatis lege Ornithogalum Bouchéanum (Kth.) Aschs. salutanda est, quod Cl. Kerner (Oestr. bot. Zeitschr. 1866, p. 331) confirmavit. Myogalorum icones Reichenbachianae minime bonae, et plantis recognoscendis vix idoneae. Plantae nostrius patriam ignorabamus, donec in Museo Caesareo Vindobonensi exemplum a Cl. Bourgeau in Lyciae monte Elmalu lectum, a Cl. Boissier pro Myogalo Bouchéano recognitum viderimus; neque O. nutans ullibi vere indigenum hucusque novimus. Utraque species in hortis, vineis, rarius in agris, antiquitus pro ornamento plantata, semper in locis cultis vel ex iis aufuga observatur, O. Bouchéanum vero, in Germania saltem, plerumque rarius occurrit; exemplis inspectis vel testibus fide dignis Parthenopoli (Engel! Banse!), Berolini (C. D. Bouché!!) Francofurti ad Vindrum (Weiland!), Zullichaviae (Riese!), Vratislaviae (v. Uechtritz!!), Norimbergae (Weiss), Brixenti (Hoffmann, Schmuck) et Meraniae (Tappeiner, Bamberger!) in Tiroli Stiriae in Austria superiore (Sauter! Brittinger!), Vindobonae (Ortmann, Kerner, Neilreich!), Neapoli Vindobenensi (Sonklar!), Posonii (Schneller!), Budae et Pestini (Kerner); in Banatu Temesiensi (Wolfner) plantam nostram cresere nobis persuasum. In horto nostro uberrime fructificat, cum Budae, Cl. Kerner (l. c. p. 206) teste, nunquam fructus perficiat. cujus sterilitatis singularis causas suspicari vix licet; certe vero opinio Kerneriana, O. Bouchéanum O. nutantis esse formam androdynamam, rejicienda.

Myogalum affine C. Koch et Bouché (ind. sem. hort. Berol. de 1855 app. p. 10) O. Bouchéano inflorescentia et florum fabrica tantopere convenit, ut exempla sicca aegre distingui possint; foliorum latitudinis et nervorum numeri discrimen a Cl. C. Koch l. c. indicatum non reperimus; differt vero planta eodem viro clarissimo monente ab O. Bouchéano foliis more O. nutantis florendi tempore glaucescentibus, strictiusculis, neque flavescentibus, flaccidis, humi procumbentibus, et florescentia seriore; ulterius observandum. Folia in O. Bouchéano quam in O. nutante citius emarcida jam a Cl. G. J. D. Koch recte indicata, quod nonnulli postea perperam vel negaverunt vel frigori aut limacum vel lumbricorum insultationibus attribuerunt.

Unicum vidimus O. Bouchéani exemplum monstrosum, racemi axi bifurco, staminum dentibus lateralibus dilatatis, margine crispatis, in quo cristae interioris dentes aut minimi observabantur, aut prorsus evanuerant. Quae stirps cum ceterum O. Bouchéani habitum notasque prae se ferret, formam monstrose aberrantem potius quam varietatem vel hybridam prolem in ea agnovimus. (Aschs.)

PITCAIRNIA RECURVATA *C. Koch* in append. sem. hort. bot. Berol. a. 1857, p. 4.

Planta a. 1842 in horto botanico Brusseliae florens, a professore Scheidweiler in diario: Allgemeine Gartenzeitung (Tom. X, p. 275) sub nomine ***Puyae recurvatae*** descripta, iterum a Lindenio cl. directore honorario horti zoologici ejusdem urbis introducta et a cl. A. Brongniart, directore musei botanici Parisiensi sub nomine Pitcairniae polyanthoidis publicata est in diario: Revue horticole (ser. IV, Tom. IV, p. 244). (C. Koch.)

DASYLIRION FLEXILE *C. Koch.*

Subacaule; folia angustissime et elongato-lanceolata, mox recurvata, saepe flexuosa, subtilissime dentata; scapus elongatus; inflorescentia ramosa: ramis saepe divisis, patulis; flores masculi parvi, subterni, bractea duplici albo-membranacea fulcrati, pedicellis inaequalibus, apice articulatis; perianthii laciniae recurvatae, basi staminigerae; pistillum sterile; flores feminei ignoti.

Planta e Mexicana terra ante nonnullos annos allata caule subnullo a reliquis speciebus distinguenda est, sine dubio epiphyta, ad truncos ramosque arborum crescens. Folia angusta, paene tripedalia, ad basin vix 5-6 lin. lata, sensim attenuata, eleganter recurvata, flexuosa, pallide viridia, coriacea, basi lata amplectentia, margine scaberrima et subtilissime dentata, scapus cum inflorescentia aequilonga 4 pedalis, stricte erectus; spica composita, ramis patulis, interdum divisis; flores masculi plerumque inaequaliter evoluti, subterni, bractea duplici albo-membranacea fulcrati: exteriore longiore pedicellos superante, ovato-lanceolata; pedicelli inaequales, apice articulati; perianthium 6-partitum, albo-virescens, laciniis oblongis, medio 1-nerviis, recurvatis; filamenta basi perianthii adhaerentia, laciniis vix breviora, antheris oblongis, flavo-virentibus, incumbentibus; germen triquetrum, stylo brevissimo coronatum, loculis inanibus aut ovulo sterili impletis.

Ad D. caespitosum Scheidw. accedit, cujus forte varietas. (C. Koch.)

HEDYCHIUM GARDNERIANUM *Sheph. β.* FASCIATUM *C. Koch.*

A specie differt statura humiliore, floribusque minoribus, praesertim autem fasciis transversalibus atrovirentibus in pagina superiore foliorum. Aestate praeterlapsa plantam in horto principis Georgii Dresdae inveni et mecum in hortum botanicum Berolinensem attuli. Planta foliis pictis ornata hortorum amicis commendanda est.

Folia oblonga, sed apice lanceolata, 9 poll. longa, $2\frac{3}{4}$ poll. lata, dilute viridia, sed supra fasciis latioribus vel angustioribus atroviridibus, a costa mediana cum nervis lateralibus patulis parallele ad marginem excurrentibus praedita, subtus pallidiora, concolora. Spica ovata, terminalis, pedunculo vaginis foliorum incluso; flores sessiles (cum stamine elongato) tripollicares et longiores; calyx tubulosus, apice tridentatus, tubum corollinum angustum dimidium arcte includens, 10 lin. longus, flavescens; laciniae corollinae luteae, exteriores angustissimae patentissimae, interdum recurvatae, sesqui-pollicares; laciniae interiores lineares ad basin paullulum attenuatae, apice leniter emarginatae, patentissimae, labello in stipitem concavum attenuato, bifido: laciniis late oblongis; filamentum lineare, supra canaliculatum, $1\frac{2}{3}$ poll. longum, brunneo-rubescens; anthera continua, medio sulcata, loculis antrorsis, angustis; stylus filiformis stamini fere aequilongus, apice dilatatus, stigmate obliquo, perforato; germen parvum, ovatum, triloculare; ovula ovata, anatropa, triserialia. (C. Koch.)

DIPSACUS SCHIMPERI *A. Br.* in Schweinf. Beitr. z. Flor. Aethiop. (1867) p. 287 (sine descriptione).

Dipsacus Abyssinicus *A. Br.* in ind. sem. anni 1864.

Perennis, pauciramosus. Folia radicalia longe petiolata, late lanceolata, crenata, pilosiuscula; caulina pauca, sessilia, basi non connata, inferne grosse dentata, rarius subpinnatifida. Capitula longe pedunculata, globosa. Pedunculus 8-sulcatus, parce setosus vel setoso-muriculatus. Involucrum e foliis lanceolatis herbaceis margine et dorso prope basin setosis, exterioribus capituli diametrum aequantibus vel superantibus demum reflexis. Bracteae corollae apertae apicem attingentes, erectae vel leniter reflexae, spathulato-lanceolatae, parte libera herbaceae dorso fuliginosae, acumine duriusculo demum pungente terminatae. Involucellum 8-dentatum, dentibus alternis minoribus. Achenium tetragonum, inter angulos non sulcatum.

E seminibus Abyssinicis Schimperianis in horto eductus, ubi primum secundo post satum anno floruit 1861.

Habitu inter Dipsacum et Cephalariam ambigit, affinis hinc Dipsaco pinnatifido Steud. et appendiculato Steud., illinc Cephalariae Abyssinicae Hochst., quae caule monocephalo, involucro breviori et bracteis obtusiusculis muticis differt, acheniorum autem indole convenit. Propter hanc Cephalariam Abyssinicam, caeterum Cephalariae acauli Steud., ut mihi videtur, intime cognatam, nomen Dipsaci Abyssinici, olim in horto Berolinensi plantae hic descriptae impositum, mutavi, quum Cephalariae et Dipsaci genera nullo charactere essentiali differant.

Caulis 2-$2\frac{1}{2}$ pedalis. Petioli foliorum radicalium tenuissime retrorsum pilosi. Capitula nuce Juglandis minora, densiflora. Bracteae in speciminibus majoribus angustiores, longius acuminatae, magis pungentes, in minoribus latiores, brevius acuminatae. Calycis limbus cyathiformis subtetragonus, brevissime quadrilobus et crenulatus, margine densissime pilosus. Corolla alba, tubo extus pubescente, superne ampliato, limbo quadrilobo, lobo inferiore reliquis paullo longiore. Stamina longe exserta, anthera rosea, polline albo. Achenium oblongum, fuscum, maturitate inter angulos prominulos planum non conspicue sulcatum, infra apicem involucelli denticulis coronatum.

CENTIPEDA MINIMA (L.) *A. Br. et Aschs.*

Artemisia minima L. Sp. pl. no. 19 (1753) cod. no. 6146.
Cotula minuta Forst. podr. p. no. 301 (1786).
Centipeda orbicularis Lour. fl. coch. II, p. 602 (1790) Miq. Fl. v. Nederl. Ind. II, p. 89.
Myriogyne minuta Less. in Linn. VI, p 219 (1831) D. C. Prod. VI, p. 139.
Sphaeromorphaea? Centipeda D. C. l. c. p. 140.

β. STERNUTATORIA (Wall.)

Cotula sternutatoria Wall. cat. no. $^{3239}|_{349}$.
Artemisia sternutatoria Roxb. fl. ind. III, p. 423 (1832).
Myriogyne minuta β. lanuginosa D. C. Prod. VI, p. 139 (1837).

Plantula inconspicua per Asiae calidioris et Australiae plagas late diffusa, etiam in Africae orientalis insulis obvia, specierum tam late propagatorum more magna synonymorum mole onusta, quorum e grege nomina pro speciei historia graviora elegimus, jamdiu in hortis botanicis sub Myriogynes minutae nomine colebatur, nuper vero, Sphaeromorphaea Centipeda audiens, denuo immigravit. Nomen genericum Loureirii Lessingiano multo antiquius praeferendum jam Cl. Miquel (l. c.) docuit; cur vero speciei nomen a Linnaeo impositum, etsi auctor formam foliis latioribus obsoletius dentatis praeditam solam cognoverit, haud restituendum sit, non videmus.

CENTIPEDA CUNNINGHAMI (D. C.) *A. Br. et Aschs.*

Myriogyne C. D. C. Prod. VI, p. 139.
Myriogyne minuta Benth. et F. Müll. Fl. Austral. III, p. 553 ex p.
Ceniaster rustateria hort.

Hanc formam, quamvis a Cl. florae Australiensis auctoribus cum specie modo exposita combinatam, caulibus erectis strictioribus et capitulis majoribus conspicuam, in horto nostro cultura longinqua nullo modo mutatam, distinctam retinere liceat, donec notarum illarum debilitatem ipsi experti simus. Monstrosam nominis »Ceniaster rustateria« progeniem brevi exponere juvat, quippe quae pro nominibus in hortis et herbariis vario modo, plantis futiliter determinandis, nominibus similiter sonantibus permutandis, prave transscribendis corruptis quasi paradigmatica sit. Prima enim vice aliquis plantam nostram, minime Cl. Bentham et F. Müller rationibus anticipatis, sed sola incuria, ut nomen selectum praebet, »Cotulam sternutatoriam« salutavit. Tum nescimus, quis pro Cotula Ceniam arbitrarie substituerit. Porro quendam pro »Cenia sternutatoria« »Ceniaster nutatoria« scripsisse patet, quae nominis fabrica paullo amplius in »Ceniaster rustateria« corrupta, jamdiu in hortis inveteravit. (Aschs.)

ELSSHOLZIA PATRINII (Lepech.) *Garcke.* VAR. ABYSSINICA *A. Br. et Aschs.* ind. sem. h. Berl. 1866, p. 15.

Differt a typo superficie magis pilosa, inprimis foliorum (angustiorum) pagina inferiore et corollis (minoribus), calycis dentibus triangularibus acutis tantum (nec subulato-aristatis), antheris inclusis, corollae labio (ceterum albidae) inf. tantum lilacino, odore debiliore minus grato. An species?

E seminibus a Cl. Steudner, in expeditione per plagas Niloticas fatis functo, una cum E. strobilifera Bth. Torenia plantaginea (H.) Bth. aliis paucis speciebus, locis haud indicatis, verisimiliter in Abyssinia collectis et a Cl. C. Koch cum horto benevole communicatis exculta. (Aschs.)

CALAMINTHA UMBROSA (M. B.) *Benth.* in D. C. Prod. XII, p. 232.

Melissa umbrosa M. B. Fl. Taur. Cauc. II, p. 63.
M. Nepalensis Klotzsch! in herb. reg. Berl.

Militabat in horto nostro sub nominibus Melissae nepalensis, Blephiliae nepalensis, Hedeomae nepalensis, Scutellariae canescentis, immo Paederotae Ageriae. Staminum superiorum alterum vel utrumque saepe cassum, ut Bentham l. c. jam indicavit, unde pro Blephiliae vel Hedeomae specie habebatur. Variat in apricis habitu ab exemplis caucasicis longe alieno, strictior, flavescens, foliis minoribus, Stachydem annuam L. vel Sideritidem montanam L. aemulans; quam formam nomine apricae distinguere liceat. (Aschs.)

SALVIA SCHIMPERI *Bth.* in D. C. Prod. XII, 282.

S. hypoleuca Hochst. in sched. Schimper it. abyss. sect. III, no. 1916, non Bth.
S. Steudneri A. Br. et Aschs. ind. sem. h. Berl. 1866, p. 15.

Planta e seminibus a beato Steudner ex Abyssiniae montibus Simensibus acceptis exculta ab exemplis spontaneis ab eodem collectis adeo aliena evasit, ut notae illae externae, quibus S. Schimperi primo obtuto a S. spinosa L. facillime distinguebatur, fere omnes evanuerint, quum folia, textura firmiore amissa et tomento paginae inferioris floccoso quo exempla spontanea canescunt immo nivea apparent, exuto dentibus manifestis gaudeant, ceterum foliis S. spinosae ut in planta spontanea multo majora. Notis vero essentialibus, quae in Salviae speciebus distinguendis majoris momenti sunt, planta culta cum spontanea omnino consentit, a S. spinosa L. facillime bracteis basi albidis distinguenda, in qua bracteae totae herbaceae. (Schweinfurth.)

ECHIUM CALLITHYRSUM *Webb.*

Frutex 4-5 pedalis, caule ramisque robustis, novellis velutinis cicatricibus foliorum latiuscule lanceolatis notatis, foliis ad ramorum summitates confertis anguste lanceolatis utrinque attenuatis subacutis, petiolo brevi tomentosulo, (foliis) discoloribus subtus molliter velutino-pubescentibus, supra breviter pilosis, nervo medio crasso, secundariis suboppositis, thyrso terminali cylindrico-elongato (basi lateralibus nonnullis minoribus saepe circumdato), rhachi angulata breviter pilosa, racemis dense positis basi bractea foliiformi longiuscula molliter velutina instructis pilis inaequalibus hirtis, inferne nudis medio bifidis ante anthesin scorpioideis, floribus sat parvis subsessilibus vel breviter pedicellatis, bracteolis oppositis, calycis setosi laciniis acutatis, corolla calyce duplo longiore extus subpilosa, lobis obtusis, stylo piloso apice glabro bifido, staminibus longe exsertis.

E. callithyrsum Webb. in Bourgeau Pl. canar. exsicc. No. 432. Nomen sine descriptione.

Habitat in montibus centralibus insulae Magnae Canariae locis rupestribus apricis: la Cumbre de Tenteniguada (Bourgeau, 1845). — Caidero de la Caldera supra vicum Tenteniguada (Carl Bolle, Junio 1856 fructifer.).

Floret Aprili.

Folia 5-7″ longa, 6-11‴ lata; thyrsus ultra pedem longus multiflorus incipiente anthesi apice (num semper?) comosus. Flores, quos in hujus speciei patria non vidimus, in horto constanter coerulei tubo basi albicante observantur, in specimine sicco Bourgaeano violacei videbantur, rhachis in ipso fusca, in hortensibus viridis: tamen de ambarum plantarum identitate dubitatio vix ulla.

E. callithyrsum 1856 in hortum Berolinensem a nobis introductum arbuscula ibi fit ex elegantioribus.

Alia species canariensis e seminibus in horto Berolinensi nata mox eheu peritura neque adhuc descripta est:

ECHIUM HIERRENSE *Webb.*

Fructicosum, 2-3-pedale, ramis novellis albo-velutinis, foliis ad summitates ramorum confertis late lanceolatis acutatis in petiolum longiusculum attenuatis integerrimis circa 2-pollicaribus vel longioribus undique albescenti-velutinis supra nitidissimis subtus pallidis, caule florifero ad thyrsum usque foliis laxe dispositis pyramidatim foliato, thyrso elongato pedali et ultra, denso, bracteis linearibus, racemis brevibus vix 1-pollicaribus inferne nudis superne densifloris junioribus apice scorpioideis, floribus secundis, calyce albescente hispide velutino, corolla calycem duplo excedente cyanea, genitalibus longe exsertis, stylo parte inferiore villoso, superiore glabro, apice profunde bifido.

E. Hierrense Webb. in Bourgeau Pl. canar. exsicc. No. 894. Nomen sine descriptione.

In rupestribus siccis insulae Ferro, quae hodiernis Hispanis Hierro nuncupatur, supra el Golfo (Bourgeau, 1845). Ibidem in descensu excelsi montis el Risco de Tibataje! 1856.

Floret Junio. Species formosissima, Echiorum plurium hispiditate omnino exuta, foliorum argenteo nitore quam maxime insignis eoque Buphthalma illa atlantica, Odontosperma nempe sericeum et Smithii referens.

Manent nobis alia publici juris non facta ex hoc genere Canariensia, quae quum viva in horto non adsint, alieno loco in lucem editura pollicemur.

(Carolus Bolle.)

PINGUICULA MORANENSIS *H. B. Kth.* nov. gen. II (ed. oblonga p. 184, ed. quadr. p. 226, 1817)?

P. caudata Schldl.! in Linnaea VII, p. 393 (1832).
P. oblongiloba D. C. et P. orchidioides D. C. fil. in D. C. Prodr. VIII, p. 27 (1844).
Icon: Hooker bot. Mag. tab. 4231 (P. orchidioides)!

Planta speciosa, P. orchidioidis nomine ex horto Kewensi accepta a P. caudata Schl., specimine ab auctore ipso signato, quod in herb. reg. Berl. asservatur, collato non differt; in hoc enim calcar leviter curvatum, haud vero, ut auctor indicavit, rectum, foliaque et calcar minime glabra, sed pubis tenerae. Pinguicularum more exsiccatione nimis obsolescentis vestigia exhibentia. Reliqua descriptio Cl. Schlechtendalii bona. Neque minus P. oblongilobae D. C. et P. orchidioidis D. C. fil. descriptiones cum planta nostra conveniunt; distinctio inter illas mihi hac re videtur orta, quod P. oblongiloba ex icone tantum, certe juxta plantam vivam delineata, P. orchidioides vero e specimine siccato descripta sit; pubes ergo in hac praetermissa, in illa, ubi conspicue expressa erat, indicata; granula ista albida, quae P. orchidioidi adscribuntur, in plantae hortensis nostrius nec non in P. caudatae spontaneae exemplis siccatis observare licet. Mensurae differentiae, a Cl. Candolleo filio pro his speciebus distinguendis allatae, plantae nostrius variationis limitibus includuntur; variat exempli gratia pedunculis 2- (ex Schldl.) ad 7-pollicaribus! foliis ½- (Schldl.) ad 2-pollicaribus! Corollae etiam et calcaris longitudines in plantarum nostrarum exemplis non semper eaedem; corollas vidimus uni-sesquipollicares; calcaris longitudo (sc. chorda arcus ab illo descripti) in utraque erat circiter pollicaris, ita ut calcar corolla reliqua aut brevius sit aut subaequale aut paullo, immo conspicue longius.

P. Moranensis H. B. Kth. descriptio satis quadrat in plantam nostram, si corollae longitudo 9-linearis calcari excluso intelligenda sit; folia semipollicaria Cl. Schlechtendal quoque vidit; cum vero de hac incertitudine specimine viso judicare non licuerit, synonymon illud antiquissimum cum dubitatione tantum afferendum est; si recte censeamus, Pinguiculae sectio I. Orcheosanthus a Cl. Candolleo filio appellata hanc solam speciem exhibeat, terrae Mexicanae regioni montanae popriam, ubi pluribus locis lecta est.

Restat ut de singulari hujus plantae perennandi modo pauca afferamus. Auctumno foliis rosulae (quae evolutionis a Cl. Buchenau in Pinguicula vulgari (Bot. Zeitg. 1865, No. 8) expositae analogiam adhibeamus, non axi qui aestate praeterlapso floruit, insidet, sed prolem anno insequenti floridum orditur) spathulatis internis, paullo minoribus succedunt nonnulla multo minora, linguiformia, iisque numerosa, aeque atque illa parva, ovata, acuta, ut planta postquam folia spathulata prorsus evanuerunt, Sempervivi rosulam exacte referat, e cuius centro vere folia spathulata solitae magnitudinis cum pedunculis erumpunt. In icono Hookeriana folia illa hiemalia parvula in planta florente delineantur, quod teste Cl. C. Bouché, hujus horti inspectore, raro observatur, nobisque nondum in conspectum venit: plerumque florescentiae initio folia illa hiemalia jam evanuerunt. Itaque in hac specie, plagarum calidarum incola, organorum figura paullo mutata, simillimum hiemandi modum observamus ei, quem clarissimi Wydler et Buchenau (l. c.) in P. vulgari L. nostrate praeclare descripserunt, qua in planta, ut Cl. Bouché, in stirpium indigenarum non minus quam exterarum scientia versatus, jam prius certiores nos fecit rosulae loco observatur gemma bulbiformis, oblongo-ovata, acuminata, e foliis parvulis viridulis, carnosis, arcte conniventibus formata. Quare, cum analogia Pinguicularum statum illum rosulatum aut gemmiformem cum Utriculararium hibernaculis (Winterknospen Caspary) connectens negari vix possit, generum characteribus quidem sibi proximorum sed habitu longe diversorum affinitas eximie probatur. (Aschs.)

CLAVIJA SPECIOSA *C. Koch et Lind.*

Humilis; folia oblonga, ad basin attenuata, serrata, nervis et venis praesertim in pagina inferiore elevatis; flores 4-, raro 5-meri, dioici; calycis laciniae latae, albomarginatae; corolla denique rotata; appendices 10 inter se connatae, annulum formantes.

Ex America tropica primum in hortum Lindenii Bruxelliae introducta species C. ornatae D. Don propius accedit, quae tamen differt caule altiore, foliis subtus punctatis, spicis longioribus, calycis laciniis fimbriatis et appendicibus tantum 5.

Caulis 5-6-pedalis; folia pergamenea, oblonga, ad basin attenuata, 7-9 poll. longa, supra medium 2½-3 poll. lata, margine cartilagineo serrato: serraturis apice brunneis. Nervi et venae in pagina inferiore conspicui, elevati; spicae plures in foliorum axillis, floribus tetra-, raro pentameris, dioicis, sparsis, plerumque secundis ornatae; calyx parvus, urceolatus, laciniis brevibus, latis, albo-marginatis; corolla aurantiaca, denique rotata: laciniis rotundatis, supera reliquis maiore, in alabastro laterales tegente; appendices 10 inter se connatae, annulum albidum formantes; stamina monadelpha, columnam centralem apice in discum planum expansam referentia, antheris latere dehiscentibus; flores feminei nobis adhuc ignoti.

(C. Koch.)

HEDERA COLCHICA *C. Koch* in hort. dendrol. 284 (sine descriptione).

Hedera Helix β. colchica C. Koch in Linn. XVI, 365.
Hedera Roegneriana, macrophylla et taurica Hort

Folia coriacea, lata, integra aut sublobata, supra lucida; flores nondum evoluti squamis aureis, sed deciduis ornata; sepalorum longitudo latitudinem superans; stylis brevis, basi lata.

Optima species ab H. Helice et varietatibus longe discrepat: foliis saturate, saepe nigro-viridibus, lucidis, subintegris, latis et floribus nondum evolutis squamis aureis ornatis, nec non tardiori auctu. Jam anno 1836 in sylvis virgineis Colchidis a me detecta, anno 1842 ab hortulano caesareo-rossico Roegnero, tum in taurica peninsula sedem habente, in hortos europaeos introducta, nuperrime, denuo raro culta est, quia saepe hieme severa frigore moritur.

Ad arbores scandit celsas cum Hedera Helice in sylvis proxime nominatis. Folia plerumque lateoblonga aut ovata, crasso-coriacea, integerrima aut interdum triloba, paene aeque lata ac longa, saepe forma mutabili, longitudine 3-5, latitudine contra 4-pollicari, ad flores dimidium minora; petioli longiusculi. Umbella magna, sed densior, cum pedunculo et pedicellis squamis serius ex parte deciduis, aureo-coloratis ornata; sepala paene longitudine petalorum, pagina exteriori itidem squamis vestita, interiori glaberrima, flavo-virentia. Bacca mihi ignota.

(C. Koch.)

CORNUS (THELICRANIA) IGNORATA *C. Koch.*

(? Cornus sanguinea Thunb. fl. japon. 62.)

Folia oblonga, cuspidata, supra subglabra, subtus pilis appressis obsita, interdum canescentia; cyma albo-pilosa; sepala longitudine paene germinis, lanceolata; discus ruber; drupa rubra.

Frutex re vera C. sanguineae similior, quam C. tataricae Mill. (albae L.), quae prior sepalis brevissimis, triangularibus et disco luteo differt. Turiones Corni ignoratae etiam colore nitido brunneo-sanguineo gaudent. In hortis plerumque per decennii tempus et longius sub nomine C. brachypodae C. A. Mey. culta, quae tamen C. albam Thunb. sistit et pagina inferiore alba foliorum, aliisque notis discrepat. Patria est Japonia.

Frutex erectus, a basi ramosus, altitudinem 10-15 pedum attingens. Folia opposita brevi petiolo insidentia, 3-4 poll. longa, 1½-2 poll. lata, supra glaberrima, obscure virentia, subtus pilis simplicibus patentibus et bicruribus appressis vestita, margine integerrima. Rami nervi mediani primarii utroque latere 6 (in foliis C. sanguineae 3 et 4) in planta culta; cyma convexa, 2-3 poll. in diametro, pilis albidis patentibus obsita; sepala lanceolata, pilosa, bilinearia, longitudine paene germinis; petala alba, oblonga, denique horizontaliter expansa; discus urceolum brevem referens, colore sanguineo. Fructus adhuc mihi ignotus. (C. Koch.)

SISYMBRIUM PERSICUM *Spreng.* Syst. Veg. II (1825) p. 904.

Annuum, elatum, patenti-ramosum, pilis stellatis brevissimis parcissime et inconspicue adspersum. Folia saturate viridia, bipinnatisecta, laciniis linearibus vel (terminalibus praesertim) lineari-lanceolatis, acutis. Racemi floribus numerosis simul apertis apice rotundati, pedunculis patentissimis vel subrefractis. Petala intense lutea, calyce duplo longiora, lamina obovata. Siliquae pedunculo breviores, patulae, leniter sursum incurvae, lineares.

Colitur in horto Berolinensi e seminibus plantae in Asia minore (districto »Sber«) a cl. C. Koch olim lectae.

Hoc secundum auctoris diagnosin, claram et definitam, verum nobis videtur S. Persicum, a quo distinguenda est planta sub hoc nomine vulgo in hortis culta:

S. SOPHIA β. ORIENTALE.

S. Persicum De C. prodr. I, p. 193 quod (ex diagn. et descriptione), aeque ac S. Sophia genuinum, foliis pilis crebrioribus instructis et magis canescentibus, laciniis angustioribus vix dilatatis, racemis apice medio depressis et floribus simul apertis paucis, petalis angustioribus pallide flavis, siliquis denique pedunculo longioribus axi fere parallelis facile distinguitur. In varietate orientali petala calyce paullo longiora, in planta normali indigena calyce paullo breviora. Hanc varietatem in horto nostro e seminibus in Kurdistania persica a cl. Petermann lectis enatam habemus.

S. Persicum Fournier Rech. sur la fam. des Crucif. (1865) p. 57 secundum descriptionem cum nostro non convenit et ad Sis. Sophiae varietatem orientalem potius pertinere videtur. (A. Br.)

LUTEOLA TINCTORIA *Webb.* VAR.? AUSTRALIS *Webb.*

(R. Luteola E. australis J. Müll. monogr. Resed. p. 207.

FORMA DIMEROCARPA *Aschs.* in Atti della soc. ital. di sc. nat. X, 269 (1867).

L. tinctoriae forma vulgari humilior, minus stricta, plerumque a basi ramosissima. Folia in siccis et apricis margine valde undulata, in humidis et umbrosis explanata, laete viridia. Racemi graciles, demum cernui. Petala candida, superius inaequaliter ad 13-fidum, laciniis denticulatis, ad lobos 3-5 majores plerumque vix referendis, florescentiae initio stamina superans. Petala lateralia 3-4-partita, inferius tripartitum, interdum lacinula accessoria minore auctum. Carpella distinctius quam in L. tinctoria vulgari medio constricta, longius et magis acute cuspidata, fere semper bina, alterum racemi axin alterum bracteam spectans. Semina quam in forma vulgari paullo minora.

Hanc formam in familia carpellorm numero binario singularem (Cl. A. Braun, Resedaceas peculiari diligentia perscrutatus semel tantum in R. luteae L. exemplo culto eandem carpellorum dispositionem invenit) prope Sardiniae australis metalla a Gypaëto occidentali (Ingurtossu) denominata, in scoriarum molibus inde a Romanorum temporibus coacervatis copiosissime, parcius juxta rivulum machinarum rotas agitantem, Rio Pizinurri dictum, una cum Cl. O. Reinhardt junio anni 1863 invenimus. Semina, e quibus planta cum spontanea omnino congruens in horto producta est, a Cl. G. Heim, metallorum directore, anni 1863 aestate benevole nobiscum communicata.

Carpellorum numerus binarius, etsi res sane singularis, Cl. J. Müller, Arg., ordinis monographi peritissimi judicio vix notae specificae dignitate aestimandus; ceterum non prorsus constans, cum in planta culta racemi primarii flos infimus gynaeceum legitime trimerum exhibuerit. Aegre vero eundem Cl. virum in forma australi Webb., quacum planta nostra ceteris notis videtur convenire, quaeque cum R. Gussonii Boiss., R. Luteola E. Gussonii Müll. Arg. l. c., forsan conjungenda, pro L. tinctoriae varietate habenda sequor, cum planta viva a L. tinctoria communi, quam centies in Germania spontaneam et cultam observavimus, habitu minus stricto et racemis gracilibus albifloris tantopere abhorreat, ut in planta spontanea et culta nemo certe L. tinctoriam primo intuitu agnoverit.

Marginem foliorum undulatum notam levissimi momenti esse et facili negotio humiditate et umbra mutari, ipsi comperti sumus. Cum jam exempla in scoriis enata folia valde undulata, rivularia folia planiuscula exhibuerint, ejusdem stirpis, in horto loco apico cultae foliis undulatis praeditae, quam postea ultra mensis spatium in camera herbarii regii, quam numquam solis radius intrat, sufficienter humectatam observavimus, rami ibi propullulantes folia plana tantum praebebant. (Aschs.)

TILIA EUCHLORA *C. Koch* Wochenschr. für Gärtn. u. Pflanzenk. IX, 284.

Tilia dasystyla hort. et C. Koch Wochenschr. für Gärtn. u. Pflanzenk. VIII, 277 (nec Stev.)

Folia subcoriacea, subtus glabra, pallida, in axillis barbata, serrata; corymbi pluriflori; stylus glaberrimus; nux apice et basi attenuata, demum basin versus 5-costata, pilis plerumque appressis vestita, pericarpio coriaceo.

Haec species per duo decennia jam in hortis sub nomine T. dasystylae culta et sine dubio ob colorem saturate viridem et lucidum foliorum minus membranaceorum, sed potius coriaceorum dilecta longe discrepat a T. dasystyla Stev., mihi attamen specie obscura, nondum visa, stylo glaberrimo. Habitu et forma foliorum magis accedit varietati T. americanae L., quae in hortis sub nomine T. begoniaefoliae colitur, et superficie superiori foliorum basi magis obliquorum pallidiori et staminodiis differt.

Folia petiolo sesquiunciali et longiori insidentia longitudinem 4½-5 pollicum, latitudinem contra 3½-4 pollicum habent et superficie superiore saepe convexiuscula sunt. Margo inaequaliter, sed grosse et acute serratus. Pagina inferior colore valde pallido gaudet. Bracteae parvae, lineari-oblongae, cum maxima parte pedunculi connatae. Flores aureo-citrini, serius quam apud Tiliam ulmifoliam in conspectum veniunt. (C. Koch.)

ROSA IBARA *C. Koch.*

? R. canina Thunb. fl. japon. 214.

Rami aculeis latis, subcurvatis et tomento griseo obsiti; foliola 5 vel 7, supra glaberrima, subtus canotomentosa; stipulae et bracteae margine dentibus longis setiformibus praeditae, ideoque interdum subpinnatifidae; corymbus multiflorus, saepe dichotome divisus; petala alba; stylus ex parte inferiore villosus; pseudo-germen setosum.

Singularis species ab omnibus Rosis europaeis longe discrepans et in Japonia sponte crescens, nunc R. rugosae, nunc R. Lyellii accedens. Frutex erectus, ramosus, 4-5 ped. altus, ramis hornotinis basi denique glabrescentibus, annotinis glabris. Folia petiolo 15-24 lin. longo insidentia 3-4 juga, 3½ poll. longa, supra obscure viridia, subtus tomento molli grisea; foliola inferiora sensim angustiora, omnia elliptica, supremo exepto vix petiolata, ad basin integerrima, ceterum serrata, vix sesquipollicaria. Stipulae adnatae, 9-10 lin. longa, margine setoso saepe revoluta, apice patentisso, angustissime lancelato praeditae, angustae, prope flores latiores.

Corymbus compositus, saepe dichotome divisus, ramis et pedicellis bractea elliptico-lanceolata setoso-dentata fulcratis, mollibus; sepala oblonga, appendice elongata praedita, corollam albam, denique vix rubescentem aequantia; pseudogermen setis glanduliferis obsitum; germina glabra, excepto apice pilis longissimis rigidis vestito, pedicello brevi insidentia. Fructus non suppetit. (C. Koch.)

SANGUISORBA (POTERIDIUM) MYRIOPHYLLA (Reichenb. herb.) *A. Br. et C. Bouché.*

„Poterium myriophyllum Gay 309“ Select. sem. hort. acad. Dresdensis 1846. („Gay“ errore typographico pro Geyer).

„Poterium myriophyllum Reichenb. (N. Am. Geyer) hort. Dresd. 1846.“ Reichenb. pater in herb. filii.

Poterium annuum Nutt. msp. in Hooker Flor. bor.-amer. I. (1840) p. 198.

Sanguisorba annua Nutt. msp. in Torr. et Gray Flor. of North Am. I. 429; Hooker Lond. Journ. of Bot. VI. (1847) 219; Torrey in Marcy, Exploration of the Red River of Louisiana 1853, p. 280, t. V.

Poteridium annuum Spach in Ann. sc. nat. 3 Ser. Tom. V. p. 43.

Sanguisorba occidentalis Nutt. msp. sec. Torr. et Gr.

Herba secundo anno florens, gemmis in axillis foliorum radicalium ortis perennans, vegetatione terminali i. e. axi primaria in surculum floriferum excrescente. Surculus e basi rosulam foliorum radicalium gerente progrediens erectus, multifolius, ramosus, ramis axi primaria brevioribus. Folia glabra (in planta juvenili ad rachin parcissime pilosa), pallide viridia, subglaucescentia, aetate pallide rufescentia vel luteofuscescentia, radicalia et caulina impari-pinnata, 5-7-juga, foliolis pectinato-pinnatipartitis (in planta juvenili pinnatifidis), segmentis utrinque 3-7 (posterioribus anteriora numero superantibus) linearibus acutiusculis. Stipulae adnatae, in foliis radicalibus vaginam elongatum integram, utrinque dente inconspicuo terminatam, in foliis caulinis brevem bilobam, lobis recurvato-patulis margine superiore (more foliolorum) pectinato-partitis, formantes. Spicae densiflorae (in surculo primario et ramis majoribus) oblongae, cylindricae vel (in ramis et ramulis minoribus) capituliformes, globosae. Florescentia adscendens, floribus infimis nonnunquam tardivis. Flores omnes hermaphroditi, albo-virescentes. Bracteae flore paullo breviores, occultae, latissime ovatae, obtusae, concavae et subcarinatae, basi utrinque paullulum accurrentes, bracteolas et tubum calycis amplectentes, scariosae, albohyalinae, uninerves. Bracteolae (prophylla) bracteis similes, minores, basi nervo brevissimo mox evanescente instructae. Calycis lobi late oblongi, late albomarginati, medio virides, obtuse apiculati, apiculo rufescente, post anthesin reflexi. Stamina constanter 2!, lobis calycinis interioribus (lateralibus) opposita, exserta. Filamenta filiformia; antherae breves luteoalbae, subfuscescentes. Carpidium unicum, stigmate breviter penicillato albo. Tubus calycis fructifer coriaceo-induratus, sublignosus, ovatus, utrinque attenuatus, alato-quadrangularis, alis crassiusculis acutis, faciebus medio reticulatim, margine transverse rugosis, rugis alas intrantibus. (Dispositio foliorum $\frac{3}{8}$, in spicis $\frac{13}{34}$.)

Species valde singularis, primum in horto Dresdensi culta, orta e seminibus plantae a cl. Geyer in Oregon lectae, cujus locus natalis a collectore his verbis indicatur: »Loamy, stony, sunny watercourses, Spokan highlands, with Hosackia Purshiana. The seedling plants have tawny-coloured leaves in the winter“. (No. 467).

Sanguisorba annua Nutt., quam dubiis quidem vexatus, tandem sine haesitatione cum planta supra descripta conjungimus, secundum descriptionem cl. Torrey et Gray plurimis notis optime congruit, binis autem, duratione annua et staminum numero quaternario discedit. Quod quidem ad durationem attinet, error facilis et discrepantia nullius momenti; numerus autem staminum a cl. Torrey et Gray indicatus errore adscribi non potest; confirmatur enim icone Torreyana supra laudata et cl. Spachii testimonio. Quam ob rem numerum staminum, in planta culta quidem constanter binarium, secundum loci natalis diversisitatem mutabilem esse crediderim. Etenim habitatio S. annuae ab auctoribus indicatur duplex, hinc ad flumen Red River in Arkansas et Louisiana, illinc in Oregon. Stirps orientalis et occidentalis, quamvis simillimae, tamen non omnino convenire videntur, quod ipsius Nuttalii sententia erat, qui secundum adnotationem cl. Torrey et Gray stirpem Oregonam propter caulem minus ramosum et foliolorum segmenta acutiora specie destinctam esse censuit et S. occidentalis nomine salutavit. Has differentias nullius momenti esse auctoribus Florae bor. amer. concedimus, sed gravior in staminam numero adesse videtur, quae varietatis orientalis (tetrandae) et occidentalis (diandrae) distinctionem permittere videtur.

S. myriophylla floribus Sanguisorbae, stigmate et fructu Poterii, genera jam pridem, Scopolio duce, a pluribus auctoribus juncta novo vinculo connectit. Sanguisorbae genus, latiori sensu conceptum, eximium praebet exemplum diversi in inflorescentiis ejusdem indolis evolutionis ordinis, florescentiae nunc a basi adscendentis (centripetae), nunc ab apice descendentis (centrifugae), nunc e regione media sensu opposito progredientis in spicis simplicibus ad eundem typum constructis. Dispositionem specierum totius generis, fructificationis et vegetationis characteribus innixum, sequentem proposuimus.

SANGUISORBA

Tabernaem.; J. Bauh. (1651); Scopoli (1760); Wiggers (1780); Spenner et Schimper (1829); Moretti (1833); Cesati (1841); Pimpinella C. Bauh. (1623); Tournef. (1719); Haller (1742); Gaertner (1788); Poterium Benth. et Hooker gen. pl. (1865).

Subg. I. *SANGUISORBA* L.

Flores omnes hermaphroditi (rarius polygami, supremis mere femineis), aut omnes tetrandri, aut omnes dodecandri, plerumque monogyni. Stigma muricato-papillosum. Calycis tubus fructifer siccus, quadrangularis vel quadrialatus, laevis. Vegetatio in omnibus lateralis, surculis floriferis e foliorum radicalium axillis prodeuntibus.

Sect. 1. EUSANGUISORBA de Cesati, Iconogr. pl. it. II.

Stamina 4, carpidium 1, calyx fructiferus quadrangularis vel anguste quadrialatus.

A. Florescentia adscendens (centripeta).

1. S. Canadensis L. cum varietate Sitchensi (latifolia) et? S. media L.
2. S. alpina Bunge.

B. Florescentia descendens (centrifuga).

3. S. officinalis L. (cujus varietates esse videntur: S. montana et serotina Jordan, nec non S. auriculata Scop., cui flores polygami adscribuntur).

4. S. tenuifolia Fisch. cum formis affinibus non satis extricatis: S. carnea Fisch., rubra Schrank, angustifolia Fisch., longifolia Bertol.

5. S. polygama Nyland. (An a S. officinali satis distincta?)

Sect. 2. PTERACHENIUM de Cesati l. c.

Stamina 6-15 (saepissime 10-12); carpidia 1-2; calycis tubus latissime alatus; florescentia e regione media adscendens simul et descendens.

6. S. dodecandra Moretti.

Subgen. II. ***POTERIDIUM*** Spach.

Flores omnes hermaphroditi, diandri vel tetrandri, monogyni. Stigma breviter penicillatum. Calycis tubus fructifer induratus, quadrialatus, reticulatim et transverse rugosus. Vegetatio terminalis. Florescentia adscendens.

7. S. myriophylla A. Br. et Bouché (conf. supra).

Subgen. III. ***POTERIUM*** L. exclus. spec. nonnull.; Spach!; Pimpinella Adanson; Rytidopoterium (sectio Poterii) de Cand.

Flores polygami, superiores feminei, inferiores hermaphroditi, aut omnes polyandri, aut superiores oligandri (saepissime tetrandri). Carpidia 2; stigmata penicilliformia. Tubus calycis fructifer lignoso-induratus, tetragonus vel quadrialatus, vario modo rugosus aut verrucosus.

Sect. 1. AGRIMONIOIDES Spach.

Calyx angulis aequalibus, longitudinaliter rugosus. Vegetatio herbacea terminalis. Florescentia adscendens!

8. S. agrimonioides L. (sub Poterio), de Cesati l. c.; Pimpinella agrimonioides odorata Tournef., Poterium agrimoniaefolium Cav.

Sect. 2. PIMPINELLOIDES Spach.

Calyx angulis aequalibus, transverse rugosus, reticulatus, verrucosus, muricatus. Vegetatio herbacea terminalis.

a. florescentia adscendens!

9. S. Duriaei Spach (sub Poterio).

b. florescentia descendens.

α. surculi multifolii, plerumque polycephali, capitulis lateralibus pedunculatis.

10. S. minor (Tabern. J. Bauh.) Scop. Fl. Carn. (1760); S. Poterium Wiggers (1780); S. Pimpinella Schimp. et Spenn. Flor. Frib. III (1829); Pimpinella Sanguisorba Gaertn.; Poterium Sanguisorba L.; Pot. dictyocarpum et muricatum (platylophum et stenolophum) Spach; Pot. glaucescens Rchb.; Pot. Guestphalicum Bönnigh.; Pot. polygamum W. et Kit. — Species sequentes 11-17 huic maxime affines.

11. S. Jauberti Spach (sub Poterio).

12. S. eriocarpa Spach (s. P.); Poter. Garganicum Ten.

13. S. villosa Sibth. et Sm. (s. P.).

14. S. alveolosa Spach (s. P.)

15. S. Magnolii Spach (s. P.).

16. S. verrucosa Ehrenb. Spach (s. P.).

17. S. Spachiana Coss. (s. P.)

β. surculi multifolii, capitulis lateralibus plurimis sessilibus.

18. S. lateriflora Coss. (s. P.).

γ. surculi paucifolii vel aphylli (scapiformes) monocephali.

19. S. rupicola Boiss. et Reut. (s. P.).

20. S. multicaulis Boiss. et Reut. (s. P.).

Sect. 3. SANGUISORBOIDES Spach.

Calyx angulis inaequalibus, 2 late marginatis, 2 alternis anguste marginatis, reticulatus. Vegetatio herbacea, terminalis? Florescentia?

21. S. Fontanesii Spach (sub Poterio); S. Mauritanica Desf. (non Moris).

Sect. 4. ANCISTROIDES Spach.

Calyx angulis aequalibus, grosse reticulatus. Vegetatio fruticosa, lateralis! i. e. ramis floriferis axillaribus. Florescentia descendens.

22. S. ancistroides Desf. Spach (sub Poterio).

Subgen. IV. ***SARCOPOTERIUM*** Spach (valore generico); Leiopoterium (sectio Poterii) de Cand. ex p.

Flores monoeci in spicis androgynis, inferiores masculi polyandri, superiores feminei digyni. Calycis tubus fructifer globosus laevissimus subbaccatus. Vegetatio fruticosa, terminalis, ramis (inflorescentiis depauperatis) spinescentibus. Florescentia adscendens!

23. S. spinosa L. (sub Poterio), Bertol., de Cesati; Sarcopoterium spinosum Spach.

Bencomia Webb Phytogr. Canar.; Benth. et Hook. gen. pl. (Poterii sect. Leiopoterium de Cand. exp.) omni jure a Sanguisorba separatur. Flores diooci: masculi calyce quadripartito absque tubo, staminibus numerosis imo calyci insertis; feminei carpidiis 2-4. Tubus calycis fructifer globosus, laevissimus, cum acheniis osseis in drupam 2-4-locularem concretus. Vegetatio arborescens. Spicae axillares elongatae. Florescentia adscendens. — Species 2 Canarienses: B caudata Ait. (sub Poterio) et B. Moquiniana Webb. et Berth.

Species Sanguisorbae nobis incognitae, quoad sectionem dubiae sunt: Sanguis. diandra Wall. (an e sect. Poteridii?) et Poterium indicum Gardn. ex ins. Ceylon.

LUPINUS SUCCULENTUS *Dougl.* in hort. (Wochenschr. f. Gaertn. u. Pflanzenk. IV, 276).

Annuus, puberulus, fragilis; folia 9-foliolata, foliolis supra glaberrimis, apice breviter cuspidato, recurvo; spica verticillata, verticillis distantibus; bracteola parva inter labia calycina, setiformis; flores violacei; legumen pilosum.

Species per longum jam tempus in hortis culta e California nec non e terris mexicanis sine dubio allata, accedit ad L. densiflorum Benth., differt tamen fragilitate caulis ramorumque et floribus violaceis. Nusquam descripta esse videtur, sed nupperrime iterum in hortis botanicis nominibus: Lupini Liebmanni et purpurei occurrit.

Humilis, ramosus, puberulus; folia 9-foliolata, 3-pollicaria: foliolis supra glaberrimis, subtus puberulis, oblongis, sed ad basin magis attenuatis, apice breviter cuspidato, recurvo; petiolus longitudine folia aequans; stipulae setiformes, erectae, paullulum adnatae; spica primaria elongata, reliquae breviter pedicellatae; flores bracteis setiformibus, caducis fulcrati; calycis bilabiati puberuli labium superius bifidum, inferius lanceolatum, integrum; bracteola parvula, setiformis, calyci inter labia utrinque adnata; vexillum et alae violaceae, prius dictum linea canaliculata designatum, lateribus reflexis; carina albida, ad partem superiorem violacea, apice flavescente; legumen pilosum, inter semina constrictum. (C. Koch).

A. Braun,
horti director.

C. Bouché,
horti inspector.

BEROLINI, TYPIS C. FEISTERI (L. MEWESII).

APPENDIX ALTERA AD INDICEM SEMINUM
IN HORTO BOTANICO BEROLINENSI ANNO 1867 COLLECTORUM.

CONSPECTUS SYSTEMATICUS
SPECIERUM GENERIS **SILENES**
(HELIOSPERMATIS ATQUE ELISANTHES GENERIBUS EXCLUSIS)

AUCTORE **P. ROHRBACH.**

Quum Silenes species, quae in hortis coluntur, pleraeque etiam atque etiam nominibus aut irritis aut erroneis designentur, cuius rei specierum in variis hortis false determinatarum emendatione exemplum infra dabitur, criticam specierum indies numero auctarum recensionem hortis botanicis haud inutilem esse putavit horti Berol. director, prof. A. Braun, cujus voto respondens conspectum specierum propono, distributionem secutus, qua usus sum in totius generis monographia mox in lucem edenda. Synonyma vulgatissima cuique speciei addidi; species dubias exclusi. Species signo † notatae in horto Berolinensi coluntur aut olim colebantur; earum, quae hoc signo carent, semina quam maxime desiderantur.

SUBGEN. I. BEHEN.

Aestivatio petalorum imbricativa. Species perennes.

1. S. pungens Boiss.
†2. S. pygmaea Adams, non Link (S. spathulata M. B. et auct.)
3. S. odontopetala Fenzl (var. γ. S. Sinaica Boiss.)
†4. S. turgida M.B. (S. Altaica Otth., non Pers.)
5. S. nubigena Phil.
6. S. plutonica Naud.
†7. S. Douglasii Hook.
†8. S. Fabaria (L.) Sibth. et Sm. (S. Cserei Baumg. et hort. Ber., ab auctoribus false ad S. saponariaefoliam Schott numerata.)
9. S. caesia Sibth. et Sm.
10. S. variegata (Desf.) Boiss. et Heldr.
11. S. ampullata Boiss.
†12. S. procumbens Murr.
†13. S. Thorei Duf. (S. crassifolia Thore, non L.; Cucubalus glaucus W., herb. 8579.)
†14. S. maritima With.
†15. S. inflata (Salisb.) Sm. (Cuc. Behen L.)
    β. angustifolia Ten. (S. Coulteriana Otth., S. Tenoreana Colla)
    γ. saponariaefolia Schott, excl. syn. Baumg.
    δ. commutata Guss.
    ε. alpina Thom.
16. S. nivea (Nutt.) DC.
17. S. physalodes Boiss.
†18. S. fimbriata (M.B.) Sims. (Cuc. multifidus Ad.)
    β. lacera (Stev.) Sims.

SUBGEN. II. SILENE.

Aestivatio petalorum contorta.

§ 1. CONOSILENE.

Calyx 20-, 30-, vel 60- nervius, evenius. Species annuae.

19. S. ammophila Boiss. et Heldr.
†20. S. coniflora N. v. E.
21. S. subconica Friv.
†22. S. Juvenalis Del.
†23. S. Lydia Boiss.
24. S. Sartorii Boiss. et Heldr.
†25. S. conica L.
†26. S. conoidea L. (S. cylindriflora Otth., S. dioica Fisch. et M.)
27. S. macrodonta Boiss.

§ 2. EUSILENE.

Calyx 10- nervius. Species annuae vel perennes.

Sectio I. CINCINNOSILENE.

Flores in cincinnis simplicibus vel geminatis, plerumque breviter pedicellati.

Series 1. DICHOTOMAE.

Flores in cincinnis geminatis. Species annuae vel biennes.

28. S. lagenocalyx Fenzl.
†29. S. Graeca Boiss. et Sprun.
†30. S. dichotoma Ehrh.
    β. racemosa Otth. (S. Sibthorpiana Rchb.)
†31. S. vespertina Retz. (S. bellidifolia Jacq., S. hispida Desf.)
†32. S. disticha W. (S. micropetala Roem., S. tricuspidata Desf.)

Series 2. BIPARTITAE.

Flores in cincinnis simplicibus. Species annuae.

A. Sem. reniformia faciebus curvato-excavata, dorso (exc. S. Gallica) obtuse canaliculata.

†33. S. Gallica L. (S. Candollei Jord.)
    β. Lusitanica L. (S. Sardoa Moris, S. Gallica var. Gomeraea C. Bolle.)
    γ. Anglica L. (β. divaricata Godr.)
    δ. pygmaea Link.
    ε. quinquevulnera L.
†34. S. cerastioides L. (S. coarctata Lag., S. sclerocarpa Desf.)
    β. Giraldii Guss.
†35. S. tridentata Desf.

†36. S. reflexa (L.) Ait. (S. neglecta Ten.)
†37. S. nocturna L. (S. spicata DC., S. nyctantha W., S. inclusa Hornem., S. pinguis Vahl.)
  β. brachypetala Rob. et Cast.
  γ. permixta Jord.
38. S. remotiflora Vis.
†39. S. obtusifolia W. (S. colorata Schousb. non Poir., S. pachyphylla h. Berol.)
†40. S. hirsuta Lag. (S. hirsutissima Otth., β. S. sabuletorum Lk.)
41. S Pompeiopolitana J. Gay.
†42. S. Palaestina Boiss.
  β. Damascena Boiss. et Gaill.
43. S. affinis Boiss. (S. Arabica Boiss.)

B. **Semina reniformia valde compressa, faciebus concaviuscula, dorso acute canaliculata.**

†44. S. ligulata Viv.
45. S. biappendiculata Ehrbg. (Bot.Ztg.1867.)
46. S. setacea Viv.
47. S. Heldreichii Boiss.
48. S. Schweinfurthii m. (Bot. Ztg. 1867.)
49. S. Chirensis Rich.

C. **Semina reniformia, faciebus plana, dorso obtuse canaliculata.**

†50. S. trinervia Seb. et M.
51. S. scabrida Soy. W. et Godr.
†52. S. micropetala Lag. non DC. (S. micrantha Link, S. vestita Soy. W. et Godr.)
53. S. Cisplatensis Camb.
†54. S. imbricata Desf.
55. S. brachystachys Webb.
†56. S. clandestina Jacq. (S. linifolia W.)
57. S. discolor Sibth. et Sm.
†58. S. villosa Forsk. (S. Canopica Del.)
†59. S. pendula L.

D. **Sem. globosa, dorso convexa, faciebus plano-convexa obtuse tuberculata.**

60. S. adscendens Lag.
†61. S. littorea Brot.
62. S. psammitis Link.

E. **Sem. auriformia, faciebus curvato-excavata, dorso obtuse canaliculata.**

†63. S. serieca All. (S. hirta W., S. pubescens Lois.)

F. **Semina rotundata valde compressa, faciebus planiuscula, dorso alis duobus undulatis marginato profunde canaliculata.**

†64. S. colorata Poir. (S. bipartita Desf., S. ciliata W. non Pourr., S. vespertina auct. non Retz., S. bifida Roth, S. tubiflora Duf.)
  β. canescens Ten. (S. Boissieri Tin.)
  γ. lasiocalyx Soy. W. et Godr. (S. Duriaei Spach.)
  δ. pteropleura Coss.
  ε. crassifolia Moris.
  ζ. Oliveriana Otth.
†65. S. ambigua Camb. (S. pyriformis hort.)
†66. S. longicaulis Pourr. (S. gracilis DC.)
†67. S. apetala W. (S. praecox, aspera et glauca hort.)

Series 3. FRUTICULOSAE.

Flores in cincinnis simplicibus. Species perennes.

68. S. Legionensis Lag.
69. S. Atlantica Coss. et Dur.
70. S. Choulettii Coss.
71. S. Hochstetteri m. (Bot. Ztg. 1867.)
72. S. Biafrae Hook. f.
73. S. Burchellii Otth. (γ. S. pilosellaefolia Cham. et Schldl.)
74. S. Thunbergiana E. et Z.
75. S. primulaeflora E. et Z.
76. S. crassifolia L.
77. S. Mundiana E. et Z.
78. S. elegans Link.
†79. S. ciliata Pourr. non W. (S. Graefferi Guss.)

Sectio II. DICHASIOSILENE.

Flores in dichasio simplici vel composito, dichasii ramo altero in speciebus paucis in florem unum reducto; aut in speciebus perennibus multis caulis 1- vel 2 floris, — rarissime inter Brachypodas flores in racemo simplici paucifloro.

A. **Species perennes, inter Compactas paucae biennes vel annuae.**

a. **Petala unguibus utrinque auriculatis.**

Series 1. AURICULATAE.

Species alpinae 1-3 florae.

80. S. tragacantha Fenzl.
81. S. echinus Boiss. et Heldr.
82. S. falcata Sibth. et Sm.
83. S. Masmenaea Boiss.
84. S. Argaea F. et M.
85. S. rhynchocarpa Boiss.
86. S. caryophylloides (Poir.) Otth. (S. stentoria Fenzl., S. subulata Boiss.)
87. S. dianthifolia J. Gay.
88. S. Orphanidis Boiss.
89. S. humilis C. A. M.
90. S. commelinaefolia Boiss.
91. S. Moorkroftiana Wall.
92. S. Persica Boiss.
93. S. brevicaulis Boiss.
94. S. Boryi Boiss. cum β. Tejedensis Boiss.
95. S. Caucasica Boiss.
†96. S. Vallesia L. cum β. graminea Vis.
97. S. Tatarinovii Regel.

b. **Petala unguibus exauriculatis.**

Series 2. MACRANTHAE.

Species 1-3 florae, raro in dichasio duplici aut ramo altero in florem unum reducto; calyx elongato-clavatus seu in speciebus paucis 1- vel 2 floris, floribus longe pedicellatis, breviter clavatus. Stigmata 3.

98. S. palinotricha Fenzl.
†99. S. Schafta G. Gmel.
100. S. depressa M. B. cum β. Meyeri Fenzl.
101. S. succulenta Forsk. cum β. Corsica DC.
102. S. Uhdeana m.: Caulis pumilus erectus 1-florus lanuginoso-pubescens; folia late ovata apiculata in petiolum brevem attenuata; calyx clavatus basi truncatus striis viridibus pubescentibus evenius, dentibus ovatis obtusis albomarginatis ciliolatis; petala bifida lobis oblongis, append. 2 elongatis obtusis; capsula...
  Hab. in Mexico: Uhde 1107!
103. S. microphylla Boiss.
†104. S. cretacea Fisch.

105. S. arguta Fenzl cum β. Sisianica Boiss. et Buhse.
106. S. oreophila Boiss.
107. S. Aucheriana Boiss.
108. S. capillipes Boiss. et Heldr.
109. S. Campanula Pers.
110. S. Borderi Jord.
†111. S. Saxifraga L. (β. S. petraea W. et Kit.)
†112. S. fruticulosa Sieb. (S. Parnassica Boiss.)
†113. S. multicaulis Guss. (S. Notarisii Cesati.)
114. S. clavata (Hampe) m. (S. Waldsteinii Griseb.)
115. S. incurvifolia Kar. et Kir.
116. S. acutifolia Link. ined.
117. S. foetida Link (S. macrorhiza J. Gay.)
118. S. cordifolia All.
119. S. Lazica Boiss.

Series 3. POLYSCHEMONE.

Species pauciflora quoad floris organorum numerum valde luxurians; calyx inflatus cylindrico-campanulatus; stigmata 5-7.

†120. S. nivalis (Kit.) m. (Lychnis nivalis Kit., S. Sigeri Baumg., Polyschemone nivalis Schott.)

Series 4. NANOSILENE.

Species alpinae nanae 1 florae; calyx campanulatus; stigmata 3.

†121. S. acaulis L.
122. S. Dinarica Sprgl.

Series 5. BRACHYPODAE.

Flores solitarii vel bini longissime pedicellati aut in racemo paucifloro breviter pedicellati; calyx sub anthesi clavatus, fructifer oblongus.

123. S. grisea Boiss.
124. S. leptoclada Boiss.
†125. S. flavescens W. et Kit. (S. mollis Hornem.)
126. S. flammulaefolia Steud.

Series 6. BRACHYANTHAE.

Flores parvi in dichasio composito; calyx obconicus vel hyalinus breviter clavatus.

†127. S. rupestris L.
†128. S. Menziesii Hook.
†129. S. Hoefftiana Fisch.
†130. S. Lerchenfeldiana Baumg.

Series 7. COMPACTAE.

Species annuae, biennes vel perennes. Flores in dichasio plus minus contracto capituliformi.

†131. S. Armeria L.
†132. S. compacta Fisch. (S. orientalis Mill.)
133. S. Reuteriana Boiss. et Bl.
134. S. Asterias Griseb.

B. Species annuae.

a. Inflorescentiae ramus alter in florem unum reductus, ita ut flores in axillis geminati esse videantur.

Series 8. NICAEENSES.

135. S. ramosissima Desf.
136. S. Kremeri Soy. W. et Godr.
137. S. cinerea Desf.
†138. S. Nicaeensis All.

b. Flores in dichasio composito regulari ramis aequalibus.

Series 9. ATOCIA.

Calyx fructifer apice apertus. Stigmata 3. Semina faciebus curvato-excavata vel subglobosa profunde umbilicata.

†139. S. fuscata Link (S. undulatifolia Moris.)
†140. S. pseudo-Atocion Desf.
141. S. divaricata Clem., non Sibth. et Sm.
142. S. Ungeri Fenzl.
†143. S. rubella L. (S. Pseudolinum Ramond, S. turbinata Guss., S. Babylonica Boiss.)
†144. S. Aegyptiaca (L.) L. fil. (S. Atocion Jacq., S. orchidea L. fil.)
145. S. atocioides Boiss.
146. S. delicatula Boiss.

Series 10. RIGIDULAE.

Calyx fructifer apice apertus. Stigmata 3. Semina faciebus plana.

147. S. nana Kar. et Kir.
148. S. Hussoni Boiss.
†149. S. rigidula Sibth. et Sm.
150. S. echinosperma Boiss.
†151. S. picta Pers. (S. juncea Sibth. et Sm., S. reticulata hort., non Desf.)
†152. S. portensis L. (S. bicolor Thore; S. picta hort.)
†153. S. reticulata Desf. (S. grata Donnersm.)
154. S. Cassia Boiss.
155. S. Cariensis Boiss.
†156. S. integripetala Bory et Chaub.
157. S. arenosa C.Koch (S. leyseroides Boiss.)
158. S. linearis Decaisne.
159. S. chaetodonta Boiss.
160. S. striata Ehrbg. (Bot. Ztg. 1867.)
161. S. Ehrenbergiana m. (Bot. Ztg. 1867.)
162. S. microsperma Fenzl. (S. Kotschyi Boiss.)
163. S. pinetorum Boiss. et Heldr.
†164. S. sedoides Poir.
165. S. Laconica Boiss. et Orph.
†166. S. inaperta L.

Series 11. LYCHNIOIDEAE.

Calyx fructifer apice apertus. Stigmata 5.

†167. S. Loiseleurii Godr. (Lychnis Corsica Lois.)
†168. S. laeta (Ait.) A. Br. (Lychnis laeta Ait.)

Series 12. LEIOCALYCINAE.

Calyx fructifer apice contractus. Stigmata 3. Calyx glaber vel raro glanduloso-pubescens.

169. S. aprica Turcz.
†170. S. Cretica L. (S. annulata Thore.)
  β. tenuiflora Guss.
†171. S. antirrhina L. (S. inamoena hort.)
172. S. laevigata Sibth. et Sm.
173. S. Boissieri J. Gay (S. germana J. Gay.)
174. S. Almolae J. Gay.
†175. S. Behen L.

†176. S. muscipula L.
†177. S. stricta L. (S. pteropleura Boiss. et R.)
†178. S. linicola Gmel.

Series 13. LASIOCALYCINAE.

Calyx fructifer apice contractus. Stigmata 3. Calycis nervi costati scaberrimi vel pilis longis vel squamis vestiti.

†179. S. crassipes Fenzl. (S. gonocalyx Boiss.)
180. S. papillosa Boiss.
†181. S. echinata Otth. (S. Bergeri Schott.)
†182. S. squamigera Boiss.
†183. S. vesiculifera J. Gay.

Series 14. EUDIANTHE.

Calyx fructifer apice contractus. Stigmata 5.

†184. S. Coeli-rosa (L.) A. Br. (Eudianthe Coelirosa Fenzl.)
†185. S. aspera (Poir.) A. Br. (Viscaria aspera Hook., Lychnis oculata Backh., Viscaria oculata Lindl., Visc. Buridgei hort.)

Sectio III. BOTRYOSILENE.

Species perennes. Flores in racemo simplici vel composito, racemi ramis brevibus paucifloris aut elongatis iterum racemosis vel cymuliferis vel, omnibus cymarum internodiis abbreviatis, verticillastriferis, interdum axis primariae intra inflorescentiam internodiis contractis flores capitulum formantes.

A. Calyx glaberrimus coriaceus saepe basi annulo circulari pseudo-umbilicatus.

Series 1. SCLEROCALYCINAE.

186. S. Frivaldzkyana Hampe (S. tincta Friv.)
†187. S. bupleuroides L.
†188. S. Caramanica Boiss.
189. S. macrosolen Steud.
†190. S. chloraefolia Sm.
    β. swertiaefolia Boiss.
    γ. Makmeliana Boiss.
    δ. Schimperiana Boiss.
†191. S. longiflora Ehrh.
192. S. Caesarea Boiss. et Bal.
193. S. laxa Boiss. et Ky.
194. S. peduncularis Boiss.
195. S. Armena Boiss.
196. S. serrulata Boiss.
197. S. Balansae Boiss.
198. S. Libanotica Boiss.
199. S. struthioloides Gray.
200. S. radicosa Boiss. et Heldr.

Species affinitatis dubiae:

201. S. tunicoides Boiss.

B. Calyx membranaceus rarissime coriaceus simulque pubescens, basi truncatus vel umbilicatus.

a. Flores in racemis simplicibus, axis primariae internodiis nunquam abbreviatis, racemi ramis brevibus.

Series 2. CHLORANTHAE.

Pedicelli ima basi prophyllis 2 praediti.

202. S. Drummondii Hook.
203. S. Hellmanni Claus.
†204. S. chlorantha (W.) Ehrh.
†205. S. Tatarica (L.) Pers.
206. S. foliosa Maxim.
207. S. macrostyla Maxim.
†208. S. tenuis W. (S. viscaginoides Hornem. S. graminifolia Otth.)
209. S. lychnidea C. A. M.
210. S. Reichenbachii Vis.
211. S. linifolia Sibth. et Sm., non W. (S. linoides Otth.)

Series 3. SUFFRUTICOSAE.

Pedicelli ad medium versus seu apice prophyllis 2 praediti.

212. S. nodulosa Boiss.
213. S. goniocaula Boiss.
214. S. eriocalycina Boiss. (S. albescensBoiss.)
†215. S. Caspica Pers. (S. suffrutescens M. B.)
216. S. leptopetala Schrenk.
†217. S. petraea Adams non W. K. (S. angustifolia M. B. non Guss.)
218. S. lineata Boiss. et Buhse.
219. S. Montbretiana Boiss.
220. S. Brahuica Boiss.
221. S. Urvillei Schott.
†222. S. Altaica Pers., non Otth. (S. dianthifolia Otth.)
223. S. lithophila Kar. et Kir.
†224. S. tenella C. A. M.
225. S. Canariensis W.
226. S. nocteolens Webb et Berth.
227. S. stenobotrys Boiss. et Hausskn.
228. S. Semenowii Rgl. et Herd.
†229. S. odoratissima Bunge.
230. S. anisoloba Schrenk.

b. Flores in racemo simplici vel composito verticillastrifero aut, axis primariae internodiis intra inflorescentiam abbreviatis, flores capitulum plus minus densum formantes.

Series 4. CAPITELLATAE.

Flores in racemo simplici contracto capituliformi, raro non contracto; calyx brevis turbinatus vel oblongo-campanulatus, ungues ciliati raro glabri.

231. S. caespitosa Stev.
232. S. pharnaceifolia Fenzl.
233. S. cephalantha Boiss.
†234. S. dianthoides Pers.
235. S. Roemeri Friv.
236. S. Olympica Boiss. (S. calyculata C. Koch.)
237. S. capitellata Boiss.

Series 5. OTITEAE.

Flores in racemis simplicibus compositisve verticillastriferis; pedicelli ima basi prophyllis 2 praediti.

238. S. Sendtneri Boiss.
†239. S. Otites (L.) Sm.
    β. parviflora (Ehrh.) Pers.
    γ. Wolgensis (W.) Otth. (S. effusa Otth.)
    δ. densiflora Urv. (S. exaltata Friv.)
240. S. holopetala Bunge.
241. S. Sibirica (L.) Pers.
242. S. Falconeriana Royle.
243. S. Gebleriana Schrenk.
244. S. multiflora (W. et K.) Pers.
†245. S. gigantea L.

246. S congesta Sibth. et Sm. (S. Delphica Boiss.)

247. S. Bridgesii m.: Caulis erectus cum foliis elongato-lanceolatis acutis hirtello-pubescens; flores in racemo simplici verticillastrifero; calyx oblongus fructifer ampliato-ovatus pubescens striis late viridibus evenius, dentibus elongato-obtusis albo-marginatis longe ciliatis; petala alba elongato-linearia unguibus basi ciliolatis longe exsertis bifida lobis angustissimis, append. 2 lanceolatis acutis; capsula ovato-globosa carpophorum ter quaterve superans; semina magna dorso canaliculata faciebus curvato-excavata.
Hab. in California: Bridges!

†248. S. viscosa (L.) Pers.

Series 6. SPERGULIFOLIAE.

Flores in racemo simplici vel composito, verticillastra plus minus densa interdum pauciflora ferente; pedicelli medio seu apice prophyllis 2 praediti.

†249. S. repens Patrin. (S. Gypsophila Desf.)
250. S. spergulifolia (Desf.) M. B.
251. S. supina M. B.
β. pruinosa Boiss.
252. S. brachycarpa Boiss. et Bal.
253. S. Armeniaca m.: differt a priore calyce ampliato-clavato nervis hispidulis dentibus ovatis obtusis neque acutis, petalorum unguibus ciliatis inclusis nec glabris exsertis, seminibus globosis dorso angulis obtusis convexo facie plana nec dorso angulis acutis planiusculo.
Hab. in collibus pr. Gumuschkhane Armeniae: Bourg. pl. Arm. 114!
254. S. argentea Ledeb.
β. Cappadocica Boiss. et Heldr.

c. Flores in racemo composito, ramis racemosis seu dichasia composita ferentibus, aut in racemo simplici ramis strictis elongatis uni- vel paucifloris.

Series 7. LASIOSTEMONES.

Flores erecti vel nutantes. Petalorum ungues et filamenta lanuginoso-ciliata.

255. S. Affghanica m.: Caulis erectus glaber superne viscosus; folia linearia fasciculata serrulato-ciliata; flores in racemi ramis cymosis strictis erecti; calyx tubuloso-clavatus fructifer superne ampliatus infra capsulam abrupte constrictus glaber nervis scabridulis anastomosantibus dentibus ovato-lanceolatis obtusis ciliatis; petala bipartita lobis oblongo-linearibus, append. 2 parvis obtusis; capsula ovato-oblonga carpophorum aequans; semina compressa dorso canaliculata faciebus plana.
Hab. in Affghania: Griff. 314!

256. S. puberula Boiss., non Jord.
257. S. Niederi Heldr.
†258. S. longipetala Vent. (S. expansa hort.)
259. S. Kunawurensis Royle.
260. S. Marschallii C. A. M.
261. S. saxatilis Sims.
262. S. Engelmanni m.: Caulis dense hirtello-pubescens superne glandulosus; folia lineari-lanceolata acuta scabridula; flores subcernui; calyx clavatus basi constrictus dense pubescens nervis viridibus evenius dentibus lanceolatis acutiusculis albo-marginatis longe ciliatis; petala bifida lobis ovato-oblongis, append. 2 elongatis acute bidentatis; capsula ovato-oblonga carpophorum bis terve superans; semina dorso leviter canaliculata faciebus plana.
Hab. in Nova California: Douglas!

†263. S. Scouleri Hook.

Series 8. NUTANTES.

Flores nutantes. Ungues et filamenta glabra.

264. S. leucophylla Boiss.
265. S. Amana Boiss.
†266. S. viridiflora L. (S. latifolia Hornem., non Poir, S. Hornemanni Steud.)
267. S. mellifera Boiss. et Reut.
†268. S. Catholica (L.) Ait.
†269. S. stellata (L.) Ait.
†270. S. nutans L.
β. glabra Schk. (S. infracta W. et Kit.
γ. livida W. (S. pelidna Rchb.; S. rubens Vest.)

Series 9. ITALICAE.

Flores erecti. Ungues glabri vel ciliatuli, filamenta glabra.

271. S. splendens Boiss.
†272. S. Italica (L.) Pers. (Cuc. mollissimus W. K., S. pilosa Sprgl.)
β. nemoralis W. et Kit. (S. cana Otth.)
†273. S spinescens Sibth.
274. S. Sieberi Fenzl.
275. S. Fenzlii Boiss.
†276. S. Fortunei Vis. (Lychnis Fortunei hort.)
277. S. ovata Pursh.
278. S. Nevadensis Boiss.
279. S. Phrygia Boiss.
280. S. eremitica Boiss.
281. S. lanceolata Gray.
282. S. pauciflora Salzm.
283. S. Salzmanni Badarro, non Otth.
†284. S. paradoxa L.
†285. S. fruticosa L.
286. S. rosulata Soy. W. et Godr.
β. S. crassicaulis Willk. et Costa.
†287. S. mollissima (L.) Sibth. et Sm. (S. velutina Pourr., S. Salzmannii et S. tomentosa Otth.
288. S. Gibraltarica Boiss.

NOMINA SILENES

SPECIERUM E VARIIS HORTIS ACCEPTARUM IN HORTO BEROLINENSI 1867 EXCULTARUM EMENDAVIT

P. ROHRBACH.

Silene Aegyptiaca	h. Pesth	=Gallica L.
» Anglica	» Palermo	» Cretica L. var. tenuiflora Guss.
» annulata	» Palermo	» Cretica L.
» articulata	» Pesth	» cerastioides L.
» Atocion	» Palermo	» ambigua Camb.
» Babylonica	» Genua	» nocturna L.
» Babylonica	» Pisa	» fuscata Lk.
» bicolor	» Wien	» Gallica L.
» Bossieri	» Pisa	» colorata Poir. var.
» brachypetala	» Pesth	» nocturna L. var. brachypetala (Rob. et Cast.)
» Candolleana	» Pisa	» Gallica L. var. Anglica (L.)
» Candolleana	» Palermo	» Gallica L.
» canescens	» Leyden	» colorata Poir. var. canescens (Ten.)
» canescens	» Hamburg	» colorata Poir. var. Duriaei (Spach).
» coarctata	» Pisa	» disticha W.
» coarctata	» Zürich	» cerastioides L.
» coarctata	» Würzburg	» cerastioides L.
» coarctata	» Palermo	» disticha W.
» crassifolia	» Palermo	» disticha W.
» Damascena	» Palermo	» vespertina Retz.
» Damascena	» Pesth	» Gallica L. var. quinquevulnera (L.)
» dianthoides	» Carlsruhe	» Cretica L.
» diffusa	» Pesth	» Gallica L.
» Dilleniana	» Leyden	» Cretica L.
» Dilleniana	» Paris	» Cretica L.
» divergens	» Pesth	» Gallica L.
» Drummondii	» Pesth	» ambigua Camb.
» Drummondii	» Leyden	» ambigua Camb.
» Fortunei	» Wien	» Melandryum noctiflorum Fries.
» fuscata	» Leyden	» Gallica L.
» fuscata	» Pisa	» disticha W.
» Graeca	» Pesth	» conoidea L.
» Graeca	» Palermo	» conica L.
» Graeca	» Wien	» conica L.
» Hookeri	» Pisa	» disticha W.
» Hookeri	» Jena	» ambigua Camb.
» Hookeri	» Palermo	» Gallica L.
» Hookeri	» Zürich	» Gallica L.
» inaperta	» Paris	» imbricata Desf.
» Juvenalis	» Wien	» nocturna L.
» Juvenalis	» Palermo	» nocturna L.
» lineata	» Palermo	» linicola Gmel.
» littorea	» Paris	» obtusiflora W.
» litoralis	» Pesth	» Gallica L. var. quinquevulnera (L.)
» longicaulis	» Montpellier	» Cretica L.
» longicilia	» Palermo	» nocturna L. var. brachypetala (Rob. et Cast.)
» longipetala	» Lemberg	» Gallica L.
» Lusitanica	» Carlsruhe	» Gallica L.

Silene micropetala	h. Pesth	=Gallica L. var. quinquevulnera L.
» multiflora	» Pisa	» imbricata Desf.
» mutica	» Palermo	» Gallica L.
» obtusifolia	» Paris	» Gallica L.
» obtusiflora	» Palermo	» Gallica L.
» oligantha	» Wien	» Behen L.
» pectinata	» Palermo	» nocturna L. var. brachypetala (Rob. et Cast.)
» Pentelica	» Wien	» Gallica L.
» picta	» Jena	» disticha W.
» picta	» Palermo	» disticha W.
» picta	» Leyden	» colorata Poir.
» pilosa	» Palermo	» Melandryum album (Mill.).
» Portensis	» Paris	» reticulata Desf. et nocturna L.
» Pourretii	» Wien	» nocturna L
» Pseudo-Atocion	» Leyden	» integripetala Bory. et Chaub.
» Pseudo-Atocion	» Zürich	» integripetala Bory. et Chaub.
» Pseudo-Atocion	» Pesth	» vespertina Retz. et Gallica L.
» pubescens	» Pesth	» Gallica L. var. quinquevulnera (L.)
» pulchella	» Palermo	» Gallica L. var. quinquevulnera (L.)
» praecox	» Palermo	» Gallica L.
» raphanoides	» Wien	» disticha W. et Gallica L.
» raphanoides	» Palermo	» disticha W.
» regia	» Krakau	» echinata Otth.
» regia	» Jena	» echinata Otth.
» regia	» Paris	» echinata Otth.
» regia	» Wien	» echinata Otth.
» regia	» Carlsruhe	» echinata Otth.
» Reinwardtii	» Pesth	» echinata Otth.
» Sardoa	» Palermo	» Gallica L.
» Scouleri	» Palermo	» nocturna L.
» Sinensis	» Palermo	» nocturna L.
» striata	» Palermo	» linicola Gmel.
» stricta	» Jena	» linicola Gmel.
» tenuiflora	» Palermo	» Cretica L.
» tenuiflora	» Pesth	» vespertina Retz.
» tenuiflora	» Paris	» Cretica L. var. tenuiflora (Guss.).
» Thorei	» Wien	» Behen L.
» tricolor	» Palermo	» Gallica L.
» tricuspidata	» Leyden	» disticha W.
» tricuspidata	» Palermo	» disticha W.
» tricuspidata	» Paris	» Gallica L.
» tridentata	» Pesth	» disticha W.
» trifida	» Palermo	» Gallica L.
» trinervia	» Hamburg	» echinata Otth.
» undulatifolia	» Pisa	» disticha W.
» vestita	» Wien	» Gallica L.

BEROLINI, TYPIS C. FEISTERI (L. MEWESII).

APPENDIX TERTIA AD INDICEM SEMINUM
IN HORTO BOTANICO BEROLINENSI ANNO 1867 COLLECTORUM.

SELAGINELLARUM, QUAE IN HORTIS AUT COLUNTUR, AUT COLEBANTUR, NOMENCLATOR REFORMATUS.

Conferantur indices sem. hort. Berol. annorum 1857 et 1859; conf. porro Selaginellae in hort. bot. Edinburgensi cultae auct. W. R. McNab (Transact. of the bot. soc. of Edinb. IX. 1. 1867, p. 3 —, Seemann Journ. of Bot. V. 1867, p. 141) et Selaginellae cultae auct. J. G. Baker (in Gardner's Chronicle for 1867, p. 782, 902, 950, 1170, 1190).

I.

ENUMERATIO ALPHABETICA SPECIERUM.

S. affinis A. Br. in Ann. sc. nat. 1865, p. 296; Monatsb. d. Ak. d. W. 1865, p. 201; Baker l. c. p. 902 S. Pöppigiana Ind. sem. 1859, p. 23; S. Pöppigiana γ. Guyanensis Spring Monogr. Lycop. II. p. 218. — Guyana.

S. apus L. (sub Lycop.) Spr. Mon. p. 75; Ind. sem. 1857, p. 12, 1858, p. 21; Baker l. c. p. 950. Amer. sept.

S. atroviridis Wall. Cat. (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 124; Ind. sem. h. Ber. 1859, p. 22; Baker l. c. p. 950. — Ind. or.

†S. Brasiliensis Raddi (sub Lycop.); A. Br. Ind. sem. 1859, p. 22 (in nota) in Ann. sc. nat. 1865, p. 290; S. apus β. tetragonostachya, S. crassinervia et S. polysperma Spr. Mon. p. 76, 77, 78. — Brasil. Vidi specimina in hort. Götting. a. 1848 culta in herb. Kunzeano.

S. Braunii Baker l. c. p. 1120; S. pubescens Ind. sem. 1857, p. 19; 1859, p. 22 (non Wall. t. Baker); S. Vogelii Mett. Fil. h. Lips. (non Spr.) China.

S. brevipes A. Br. Ind. sem. 1867, App. I. p. 1; S. Griffithii hort. Veitch; McNab. l. c. p. 8 (146); Baker l. c. 1190. (non Spr.) — Borneo.

S. Breynii Spr. Mon. 119; Ind. sem. 1857, p. 14; 1859, p. 21; Baker l. c. 902. — Amer. austr.; Panama?

S. bulbillifera Baker l. c. p. 950; S. increscentifolia hort.; Spr. in herb. Kunz. (nec in Monogr.); Mett. Fil. h. Lips.; Ind. sem. 1857, p. 16; 1859, p. 22; A. Br. in Ann. sc. nat. 1865, p. 6. Venezuela?

S. caulescens Wall. (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 158; Ind. sem. 1857, p. 11; 1859, p. 22; Baker l. c. p. 1190; Milde Fil. Europ. p. 270. — Ind. or.

S. ciliata W. (sub Lycop.); Ind. sem. 1857, p. 16; 1859, p. 22; A. Br. in Ann. sc. nat. 1865, p. 276; Baker l. c. p. 950; S. Novae Hollandiae et increscentifolia Spr. Mon. 209, 106. — Amer. austr.

†S. conferta Moore in hort. Veitch, McNab. l. c. p. 8 (146). Vaide affinis S. inaequalifoliae, cujus forsan varietas. — Borneo. Vidimus specimina sterilia in hort. Veitchiano culta.

S. convoluta Walk. Arn. (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 69; Ind. sem. 1857, p. 20; 1859, p. 22; Baker l. c. p. 1241. — Amer. austr.

S. cuspidata Link h. Ber. II. p. 161 (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 66; Ind. sem. 1857, p. 20; 1859, p. 22; Baker l. c. p. 1241.

β. elongata Spr. ib. et c.; S. sulcangula Spr. Mon. p. 163 et S. incana ejusd. p. 157 (t. Baker). — Mex. Amer. centr. Columbia.

S. delicatissima A. Br. Ind. sem. 1857, p. 13; 1859, p. 21; Baker l. c. 902. — Fructificatio et patria ignota; affinis S. saccharatae A. Br., speciei Mexicanae, ab auct. cum S. serpente confusae.

S. denticulata Lin. (sub Lycop); Link Fil. h. Ber. p. 159; Spr. Mon. p. 82; Ind. sem. 1857, p. 13; 1859, p. 21; Baker l. c. p. 902. — Regio mediterran.

S. erythropus Mart. (sub. Lycop.); Spr. Mon. p. 156; Ind. sem. 1857, p. 18; 1859, p. 22; Baker l. c. 1120. — Amer. austr.

S. flabellata Lin. (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 174; Ind. sem. 1857, p. 18; 1859, p. 22; Baker l. c. p. 1190. — Ind. occ.; Amer. austr.

S. Galeottii Spr. Mon. p. 220; Ind. sem. 1857, p. 21; 1859, p. 23; Baker l. c. p. 902. — Mexico.

S. haematodes Kunze (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 156; Ind. sem. 1859, p. 22; Baker l. c. 1120; S. filicina Spr. ibid. p. 189; Ind. sem. 1857, p. 18. — Columbia.

S. helvetica Lin. (sub Lycop.); Link Fil. h. Ber. p. 159; Spr. Mon. p. 83; Ind. sem. 1857, p. 13; 1859, p. 21; Baker l. c. p. 902. — Europa.

†S. Japonica Moore in hort. Chelsea; McNab. l. c. p. 8 (145). An hujus loci S. affinis Milde Fil. Europ. p. 271? Ex sententia cl. Baker forsan varietas minor S. caulescentis. — Japonia, China bor.?

S. inaequalifolia Hook. et Grev. (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 148; Ind. sem. 1857, p. 17; 1859, p. 22; Baker l. c. p. 950. — Ind. or.

†S. involvens Sw. (sub Lycop.); Spr. Mon. p.63; McNab. l. c. p. 9 (147); Baker l. c. p. 1241; Milde Fil. Eur. p. 268; Lycopod. circinale Thunb.; Lycopod. pulvinatum Hook. et Grev. — Ind. or., Chin., Japon., Amur. E Japonia nuper introducta a cl. J. G. Veitch.

S. Kraussiana Kunze (sub Lycop.); A. Br. in ind. sem. a. 1859, p. 22 et in Monatsb. d. Ak. d. W. 1865, p. 195; Baker l. c. p. 902; Milde Fil. Eur. p. 272; Kuhn Fil. Afric. p. 190; S. hortensis Mett Fil. h. Lips.; Ind. sem. 1857, p. 21; 1858, p. 20. — Insul. Azor., Madeira, Afric. occ. trop., Kilimandiaro, Promont. b. Sp., Natalia.

†S. laevigata Lam. (sub Lycop.); Baker l. c. p. 1190, ex p. (non Willd. Spr.); S. pectinata Willd. (sub Lycop.) Spr. Mon. p. 166. — Madagasc. (et Ind. or. sec. Spr.) In hortis Brit. culta?

†S. lepidophylla Hook. et Grev. (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 72. — In regno Mexic. et California Nuperrime introductam indicant Vilmorin-Andrieux et C.

S. Lobbii J. Veitch; Ind. sem. 1859, p. 22; McNab. l. c. p. 9 (146); Baker l. c. p. 950. — Borneo.

S. Ludoviciana A. Br. in ind. sem. 1857, p. 12; 1859, p. 21; Baker l. c. p. 950; S. apus var. denticulata Spr. Mon. p. 77. — Amer. sept. calidior.

S. Lyallii Hook. et Grev. (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 168; Ind. sem. 1859, p. 22; S. laevigata Baker l. c. p. 1190 ex p. — Madagasc. Cl. Baker hanc speciem varietatem ramosiorem S. laevigatae esse censet.

S. Martensii Spr. Mon. p. 129; Mett. Fil. h. Lips. p. 124; Ind. sem. 1857, p. 15; 1859, p. 22; Baker l. c. p. 950. — Mexico. Varietates in hort. cultae: α, normalis,
β, flaccida,
γ, compacta,
δ, divaricata.

S. Mettenii A. Br. in ind. sem. 1867, app. 1. p. 1. Hybrida e S. inaequalifolia et S. Kraussiana?

S. Pervillei Spr. Mon. p. 169; Ind. sem. 1859, p. 22; McNab. l. c. p. 9 (146); S. Africana Ind. sem. 1857, p. 19. — Ins. Nossi-Beh ad Madagascariam, sed planta culta ex Africa trop. occid. introducta esse videtur. An eadem cum S. Vogelii Spr.? Cl. Baker l. c. p. 1120 utramque cum S. pubescente Wall. Spr. et S. fulcrata Hamilt. (sub Lycop.), Spr. ex Ind. or. conjungit.

S. pilifera A. Br. in ind. sem. a. 1857, p. 20; 1859, p. 22; Baker l. c. p. 1241; S. lepidophylla Mett. Fil. h. Lips. (non Hook. et Grev.) — Texas, Mexico.

†S. pumila Schlchtd. (sub Lycop.), Spr. Mon. p. 60; Link h. Ber. II. (1833) p. 160; Ind. sem. 1857, p. 12; 1859, p. 21. — Afric. austr. Colebatur olim in h. Ber.

S. rubricaulis A. Br. in Kuhn Fil. Afric. p. 211; McNab l. c. p. 11. (149); S. suberosa Baker l. c. p. 950 (vix Spr. Mon. p. 252, cujus descriptio in plantam hortensem non quadrat). — Africa? (t. McNab); Ind. or.? (si cum S. suberosa congruit).

†S. rupestris Linn. (sub Lycop.), Spr. Mon. p. 55; Ind. sem. 1857, p. 12; 1859, p 22. — America sept. et austr., Asia bor. et Ind. or., Africa bor. et austr. Colebatur olim in hortis Anglicis sec. Sweet et Kunze. — De varietatibus h. sp. conf. Milde Fil. Eur. p. 262 et Kuhn Fil. Afr. p. 212.

S. sarmentosa A. Br. in ind. sem. a. 1857, p. 14; 1859, p. 21; S. patula Sw. (sub Lycop.), Spr. Mon. p. 96 t. Griseb. et Baker l. c. p. 902 (an recte?) — Ind. occid.

S. serpens Desv. (sub Lycop.), Spr. Mon. p. 102; Ind. sem. 1857, p. 13; 1859, p. 21; Baker l. c. p 902. — Ind. occ.

S. spinulosa A. Br. in Döll. rhein. Fl.; Ind. sem. 1857, p. 12; 1859, p. 21; S. spinosa Pal. Beauv.; Spr. Mon. p. 59; Lycopod. selaginoides Lin. — In subalpinis Europ. et Americae bor.

S. stenophylla A. Br. in ind. sem. 1857, p. 22; 1858, p. 20; 1859, p. 23; Baker l. c. p. 950. — Mexico.

†S. sulcata Desv. (sub Lycop.), Spr. Mon. p. 22; Ind. sem. 1857, p. 22; 1859, p 23. — Amer. austr. Vidimus cultam ex hort. Petropolit.

†S. uliginosa La Bill. (sub Lycop.), Spr. Mon. p. 60; McNab l. c. p. 5 (143). — Austr. Colitur in hort. Britann.

S. uncinata Desv. (sub Lycop.), Spr. Mon. p. 109; Ind sem. 1857, p. 14; 1859, p. 21; Baker l. c. 902. — China.

†S. Veitchii McNab l. c. p. 10 (148). — E Japonia a cl. J. G. Veitch introducta. Secundum cl. Baker l. c. p. 1241 varietas laxior S. involventis esse videtur. Nobis incognita.

S. viticulosa Kl. in Linnaea XVIII. p. 524; Spr. Mon. p. 186; Ind. sem. 1857, p. 18; 1859, p. 22; Baker l. c. p. 1120. — Columbia.

†S. Vogelii Spr. Mon. p. 170; McNab l. c. p. 9 (147). — Ins. Fernando Po, mont. Cameroon, Old Calabar, unde planta in hort. Edinb. culta, quam cl McNab a S. Pervillei distinctam putat, cl. Baker cum S fulcrata jungit (conf. sub S. Pervillei). Neque spontaneam, neque cultam vidimus.

S. Wallichii Hook et Grev. (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 143; Baker l. c. 1190. — Ind. or. Ab hortul. merit. Veitch e Malacca (Pinang) introducta.

S. Willdenowii Desv. (sub Lycop.); Baker l. c. 950; S. laevigata Willd. (sub Lycop.); Spr. Mon. p. 137; Ind. sem. 1857, p. 17; 1859, p. 22. — Ind. or.

Observ. Species signo † notatae in horto Berolinensi desiderantur.

II.

TABULA SYNONYMORUM,

INCLUSIS NOMINIBUS NUMEROSISSIMIS IN HORTIS PERVULGATIS ET PERTINACITER HINC INDE USITATIS, AUT CONFUSIONE SPECIERUM ORTIS ET ERRONEIS, AUT QUOAD ORIGINEM DUBIIS.

S. affinis Milde Fil. eur. (non A.Br.) = ?Japonica.
— Africana hort.; A. Br. Ind. sem. 1857. = Pervillei.
— alata hort. (Booth 1855) = Martensii β.
— albidula Sw. (sub Lycop.) = apus var.
— albidula herb. Shuttlew. = Ludoviciana.
— altissima Kl. ined. et hort. = Willdenowii.
— Amboinensis Spr. Enum. = Wallichii.
— apoda hort. (major) = Ludoviciana.
— apoda hort. (minor) = apus.
— apotheca hort. (minor) = Ludoviciana.
— apothecia Bevis (sub Lycop.) = ?Ludoviciana.
— apothesa hort. ex p. = Ludoviciana.
— [illegible] = sarmentosa.
— apus hort. ex p. (major) = Ludoviciana.
— apus minor hort. = apus.
— apus var. denticulata Spr. = Ludoviciana.
— apus var. tetragonostachya Spr. = Brasiliensis.
— arborea hort. = Willdenowii.
— argentea hort. Veitch. olim = serpens.
— aspleniifolia hort. = Martensii γ.
— atrovirens Presl. (sub Lycop.) = Breynii.
— Avilae Karsten in hort. = cuspidata β.
— Beyrichii A. Br. Ind. sem. 1857 in nota = Brasiliensis.
— Brasiliensis hort. sec. Spr. = decomposita Spr. = Martensii α.
— Brasiliensis Lk. (nec Raddi, nec Desv.) = apus.
— bryoides Kaulf. = pumila.
— caesia hort. (van Houtte 1846-47) = uncinata.
— caesia arborea hort. = Willdenowii.
— caesia violacea hort. (Booth 1855) = uncinata.
— canaliculata Sw. (sub Lycop.), Spr. Enum. = Wallichii.
— Chinensis h. Lodd.; Kunze Ind. = ?uncinata.
— circinalis Cham. et Schl. (sub Lycop.) et hort. (nec Thunb., nec Lam.) = cuspidata.
— circinalis Lin.? Don (sub Lycop.) = caulescens.
— circinalis hort. Veitch. sec. McNab = Martensii β.
— circinalis Thunb. (sub Lycop.); Presl. = involvens.
— compacta hort. Rollis. (sub Lycop.) = Martensii α. (forma minor).
— cordata hort. = cuspidata β.
— cordifolia hort. (non Desv.) = cuspidata β.
— crispa hort. Loddig., Kunze Ind. et hort. Low. 1858. = ?
— crassinervia Spr. = Brasiliensis.
— cyatheoides Spr. Enum. = Wallichii.
— Danielsiana hort. = Martensii γ.
— decomposita hort. Gandav. et alior. et Spr. ex p. = Martensii α. (forma brevifolia).
— decomposita hort. Berol. olim = apus.
S. decomposita var. compacta hort. = Martensii γ.
— decora hort. (Linden 1858) = ?
— densa hort. = apus.
— denticulata hort. (non Lin.) = Kraussiana.
— denudata hort. Genuens. olim = Kraussiana.
— depressa Sweet. hort. Brit. 1839 (sub Lycop. non Sw.) = ? Kraussiana.
— dichotoma hort. = Martensii δ.
— dichrous s. dichrus hort. = haematodes.
— elegans Wall. Cat. (sub Lycop.) = Wallichii.
— elongata hort. = cuspidata β.
— filicina Spr. = haematodes.
— flabellaris hort. = flabellata.
— flabellata Mart. et Gal. (sub Lycop. non Lin.) = Martensii α.
— flexuosa hort. (van Houtte 1853, non Sw.) = Martensii δ.
— formosa hort. = Martensii β. et γ.
— fruticulosa Blume (sub Lycop.) = caulescens.
— fruticulosa Mart. et Gal. (sub Lycop.) = Galeottii.
— fulcrata Baker quoad plant. hortens. = Pervillei et Vogelii.
— Griffithii hort. Veitch, McNab, Baker (non Spr.) = brevipes.
— heterodonta Desv. (sub Lycop.)? = sarmentosa.
— Hooibrenkii hort. = Martensii δ.
— hortensis Mett. = Kraussiana.
— Huegelii hort. = Martensii γ.
— hygrometrica v. Mart. (sub Lycop.) = convoluta.
— Jamaicensis hort. Anglic. = serpens.
— Jamaicensis hort. Baumann. = stenophylla.
— incana Spr. sec. Baker. = cuspidata β.
— increscentifolia hort., Kunze Ind. et c. = bulbillifera.
— increscentifolia Spr. Mon. (non hort.) = ciliata.
— interrupta A. Br. olim in hort. Ber. = sarmentosa.
— involvens Bischoff olim in hort. Heidelb. (non Sw.) = Kraussiana.
— involvens hort. Veitch, Jackson olim sec. McNab = Japonica.
— Karsteniana Kl. ined., hort. Ber. olim = haematodes.
— laevigata Baker ex p. = Lyallii.
— laevigata Willd. (sub Lycop), Spr. (non Lam.) = Willdenowii.
— laevigata hort. Kunze Ind. = Braunii.
— lepidophylla Mett. Fil. h. Lips. et hort. plur. (non Hook. et Gr.) = pilifera.
— leptophylla (pro lepidophylla) in hort. nonn. = pilifera.

S. Loosiana hort. Low. 1858. = ? Louisiana = Ludoviciana.
— Louisiana hort. (van Houtte 1852-53) = Ludoviciana.
— marginata Gaudich. = sulcata.
— Martensii ε. congesta A. Br. Ind. sem. 1857 = Martensii α (forma minor brevifolia).
— Martensii var. flexuosa Kze. = Martensii δ.
— microphylla hort. (non Kunth, Spr.) = stenophylla.
— microphylla J. Smith et hort. Brit. sec. M^{c}Nab = delicatissima.
— mnioides Spr. ex p. = Kraussiana.
— monstrosa hort. = Martensii γ.
— mutabilis hort = serpens.
— Novae Hollandiae Sw. (sub Lycop.), Spr. = ciliata.
— obtusa hort. (non Spr.) = denticulata.
— obtusata hort. = denticulata.
— ornithopodioides hort. Anglic., Sweet, Kunze Ind. (nec Lin., nec Sw.) = ? sarmentosa.
— ornithopodioides Wall. (sub Lycop.) = S. Willdenowii.
— Pallasiana (pro Palusiana) hort. = cuspidata β.
— pallescens Presl. (sub Lycop.) = cuspidata.
— pallida Beyrich = Brasiliensis.
— Palusiana hort. (Linden 1858) = cuspidata β.
— Palusiensis hort. (Low. 1858) = cuspidata β.
— Panamensis hort. (Linden 1854) = Breynii.
— paradoxa hort. (Petrop. 1850) = convoluta.
— patula Sw. (sub Lycop.) Spr. = ? sarmentosa.
— patula Baker = sarmentosa
— pectinata hort. (van Houtte olim) = Kraussiana.
— pectinata Willd. (sub Lycop.) Spr. = laevigata.
— peltata Presl. = caulescens.
— plumosa hort. (Makoy 1857) = viticulosa.
— plumosa L. (sub Lycop.) sec. Spr. = Willdenowii.
— plumosa Schkuhr (sub Lycop.) sec. Spr. = Breynii.
— Pöppigiana A. Br. Ind. sem. 1859 = affinis.
— Pöppigiana Hook. Fil. exot. t. 56 = Martensii.
— Pöppigiana hort. (non Hook. et Grev.) = Breynii.
— Pöppigiana γ. Guyanensis Spr. = affinis.
— Pogellii (pro Vogelii) in hort. Angl. sec. M^{c}Nab = Braunii.
— polysperma Spr. = Brasiliensis.
— pubescens A. Br. Ind. sem. 1857 (non Wall., Spr.) = Braunii.
— pulla hort. = Martensii α.

A. Braun,
horti director.

S. pulvinata Hook. et Gr. (sub Lycop.) = involvens.
— pygmaea Kaulf. (sub Lycop.) = pumila.
— radicans Schrank. (sub Lycop.) = helvetica.
— ramosa hort. Rollison = Martensii α.
— reticulata hort. Jackson sec. M^{c}Nab = viticulosa.
— rigida hort. (Linden 1854) = affinis.
— robusta hort. sec. Baker = Martensii γ.
— scalariformis hort. Argent. = Ludoviciana.
— scalaris Spr. ined. in herb. Fée. = Ludoviciana.
— Schottii hort. = Galeottii.
— selaginoides Lin. (sub Lycop.) Link = spinulosa.
— serpens hort. olim, Kunze Ind. (non Desv.) = Martensii β.
— spinosa P. Beauv. Spr. = spinulosa.
— stellata Link et hort. ex p. (non Spr.) = Martensii α.
— stellata hort. ex p. = stenophylla.
— stolonifera Link et hort. (non Sw.) = Martensii α.
— stolonifera hort. Par. sec. Spr. = sulcata.
— stolonifera Mart. et Gal. (sub Lycop.) = Galeottii.
— suavis Kl. (non Spr.) = Galeottii.
— suberosa Baker (non Spr.?) = rubricaulis.
— sulcangula Spr. = cuspidata β.
— sulcata hort. plur. (non Desv.) = Martensii α.
— sulcata var. microphylla hort. = stenophylla.
— tamariscifolia hort. = cuspidata.
— tamariscina hort. (non Desv., Spr.) = cuspidata.
— triangularis hort. Edinb. sec. M^{c}Nab = Vogelii.
— triangularis hort. Laurentius = viticulosa.
— umbrosa Lemaire (sub Lycop.) = erythropus.
— uncinata β. arborea Mett. = Willdenowii.
— variabilis hort. = serpens.
— varians hort. = serpens.
— variegata Spr. in herb. Linden = viticulosa.
— Vogelii Spr. in herb. Kunze, Mett. Fil. h. Lips. (non Spr. Mon.) = Braunii.
— Warscewicziana Kl. et hort. Ber. olim = ciliata.
— Warscewiczii hort. Edinb. sec. M^{c}Nab = haematodes.
— Warscewiczii hort. Veitch. olim = erythropus.
— Whartoni hort. Anglic. (Low. 1858) = sarmentosa.
— Willdenowii hort. (van Houtte 1852-53) non Desv. = Braunii.

C. Bouché,
horti inspector.

BEROLINI, TYPIS C. FEISTERI (L. MEWESII).

APPENDIX

PLANTARUM NOVARUM VEL MINUS COGNITARUM
QUAE
IN HORTO REGIO BOTANICO BEROLINENSI COLUNTUR
1871.

([illegible] co. 9)

MEDICAGO TURBINATA (*Willd.*, sensu lat.) *Moris* Fl. Sard. I, 444.

Herba brevi-villosa; stipulae lanceolatae, inciso-dentatae; foliola obovato-cuneiformia antice rotundata denticulata vel rhomboidea; pedunculus uni-biflorus, supra pedicellorum insertionem breviter productus (s. d. aristatus), folium aequans vel eo brevior; pedicellus calycis tubo, dentibus lanceolato-subulatis longe superato subbrevior; carina vexillo brevior, alas superans; legumen pubescens demum glabrescens, anfractibus 6-7 arcte sibi incumbentibus margine crasso plano vel undulato medio carinatis; semina bene arcuata, hilo emarginata (ferrugineo-flava) ⊙.

Species congenerum more variat legumine nunc exacte globoso nunc ellipsoideo-ovali, pubescentia nunc cito evanescente nunc diu persistente induto, nunc inermi nunc vario aculeato, nunc sinistrorsum nunc dextrorsum contorto, quae notae vario modo combinatae multas formas exhibent, quae (aeque ac res in aliis generis speciebus se habet) cultura satis constantes, immerito ab auctoribus specifica dignitate propositae sunt. Sic Cl. Gussonius (Fl. Sic. Syn. II. p. 374—376) plantam nostram, prius jam a Cl. Morisio (l. c.) egregie expositam infauste in quatuor species divulsit, *M. neglectam* Guss. nempe legumine globoso-ovali aculeato, *M. muricatam* Benth. (non W.) legumine globoso aculeato, *M. olivaeformem* Guss. legumine cylindraceo-ovali globosoque breviaculeato, *M. turbinatam* legum. cylindraceo-ovali inermi; nobis magis notabiles videntur formae ex aculeorum praesentia et spirae directione distinctae, quales proponimus:

a. ***inermis.*** Legumen inerme (plerumque ovale).
- * ***sinistrorsa.*** Legumen sinistrorsum contortum. *M. turbinata* W. sp. pl. III, p. 1409 herb. no. 14315! In regione mediterranea satis divulgata, in hortis botanicis sub *M. turbinatae* nomine culta.
- ** ***dextrorsa.*** Legumen dextrorsum contortum. Perrara videtur, etsi in Cl. Morisii icone II. c. tab. 45 fig. 1. repraesentata. Cl. Willkomm pr. Malacam legit! cultam non vidimus.

b. ***aculeata*** (Gaertn. de fr. et sem. pl. II, p. 349 tab. 155, fig. 7, spec.) Moris l. c. p. 445. Legumen aculeatum (saepe globosum).
- * ***sinistrorsa.*** Legumen sinistrorsum contortum. *M. muricata* Godr. in Godr. et Gren. Fl. de France I, 396 non W. Exempla spontanea vidimus e Provincia (Gaudichaud!) et e Sicilia pr. Palmam (Lehmann!) culta in herb. Cl. Prof. A. Braun sub nomine *M. strumariae* Bernh. (= *M. strumaria* »Horn.« ex Rchb. fl. germ. exc. p. 503?) et *M. globulosae* Desv.
- ** ***dextrorsa.*** Legumen dextrorsum contortum. *M. aculeata* W. sp. pl. III, p. 1410 herb. no. 14317! non Rchb. l. c. quae *M. crassispina* Vis. = *M. truncatula* Gaertn. (*tribuloides* Desr.) Icon: Moris fl. sard. tab. 35 fig. 2. Exempla spontanea quae vidimus lecta sunt pr. Malacam (Boissier! recte sub nomine *M. turbinatae β. aculeatae* distributa; Willkomm! sub nomine *M. tribuloidis majoris*) pr. Monspelium (Herb. A. Braun!) pr. Palmam Siciliae (Lehmann!) pr. Almissa Dalmatiae Pichler!); quae forma e Willdenowii temporibus in horto nostro colitur.

Nomen *M. turbinatae* W., etsi quoad synonyma Linnaeana et antiquiora dubiis obnoxium et *M. aculeata* Gaertn., certorum antiquissimo, recentius, ut notissimum et synonymis denuo discutiendis forsan stabiliendum ad interim admisimus.

Obs. *Medicaginis* species longe plurimas fructibus dextrorsum contortis praeditas, paucas vero, in quibus fructus sinistrorsi praevaleant, plerumque dextrorsis variare Cl. Prof. A. Braun jam in naturae scrutatorum Germaniae congressu, Sept. anni 1838 Friburgi habito proposuit. (Flora 1839 p. 313, 314. Ann. des sc. nat. II série t. XII p. 381.) Nunc quoque idem vir clarissimus solita benignitate, quae in herbario suo *Medicaginis* speciebus ditissimo de hac re observavit, nobiscum communicavit. Fructus sinistrorsi observantur in hisce speciebus vel formis:

M. Helix W. (fructus dextrorsi frequenter etiam observati; ***M. obscuram*** Retz. (= ***M. laevem*** Desf. ***M. lenticularem*** Desr.), a ***M. Helice*** nonnisi legumine monocyclo aegre distinguendam, dextrorsam tantum novimus).

M. tornata W. (fructus dextrorsi frequenter etiam observati, ut in exemplis hb. Willd. no. 14314).

M. tornata W. f. ***heptacycla*** A. Br. (***M. muricatam*** W. [hb. no. 14328! eandem cum ***M. commutata*** Todaro Ind. sem. h. Panorm. 1867 p. 23, 31, nostro judicio M. ***tornatae*** W. a qua nisi legumine aculeato non differt, subjungendam] dextrorsam solum novimus).

M. tuberculata W. (fructus dextrorsos semel tantum observare licuit in exemplo Cretico pr. Cydoniam a Dre. Em. Weiss lecto!)

M. turbinata W. (Cf. supra.)

M. truncatula Gaertn. [***tribuloides*** Desr.] (Rarius occurrit fruct. dextr. = ***M. Murex*** Godr. l. c. p. 394, non W.; ***M. Hornemannianae*** Ser., formae legumine duplo minore insignis, fructus dextrorsos tantum vidimus.)

M. litoralis Rohde. (Rarius occurrit fruct. dextr. = ***M. Braunii*** Godr. l. c. p. 393.)

M. cylindracea Dec.

M. uncinata W. (Hb. no. 14335!)

Quo ex elencho colligendum est, spirae directionem notam minus fidam praebere pro speciebus distinguendis; immerito ergo nobis Cl. Godron ***M. Braunii*** a ***M. litorali*** et ***M. Muricem*** a ***M. truncatula*** videtur separasse.

M. Murex W. (sp. pl. III, p. 1410, hb. no. 14318!) longe distat a ***M. truncatula*** et omnino convenit cum ***M. sphaerocarpa*** Bertol., a cujus forma fructibus ovalibus praedita nonnisi anfractibus margine obsolete striatis differt, quae nota, etsi cultura perstans, tamen levioris momenti videtur, quippe quae fere eodem modo in icone Cl. Morisii (Fl. Sard. tab. 46 fig. 5) appareat. Exempla omnino similia Algerica (Maison carrée, Revelière) sub ***M. ovatae*** Carm. nomine in herb. amic. Uechtritzii vidimus. Hinc nomen ***M. Muricis*** W. recentiori ***M. sphaerocarpae*** Bertol. praestat.

(Aschs.)

HEUCHERA (EUHEUCHERA) ERUBESCENS *A. Br. et Bouché.*

Folia caulis primarii constipati (vulgo »radicalia«) longe petiolata, orbicularia vel late ovata, brevissime 7-9 lobata, lobis inaequaliter dentatis, dentibus breviter aristatis, superne glabra, inferne ad nervos pilosa, margine ciliata. Petiolus a basi ad apicem dense pilosus. Rami floriferi (»scapi«) foliis frondescentibus parvulis 3-5 muniti. Inflorescentia (racemus e cymis multifloris, dichotomis, in cincinnos abeuntibus, vulgo »panicula«) laxa, parviflora. Bracteae purpurascentes, majores in rhachide primaria laciniato-ciliatae, minores pedunculorum basi paucidentatae vel subintegerrimae, apice subulatae. Pedunculi tenues, calyce deflorato duplo vel triplo longiores, pilis brevissimis glandula quinqueloba purpurascente terminatis dense vestita.

Calyx aequalis, dentibus tubo brevioribus, albidus, post anthesin erubescens, totus (more pedunculi) glanduliferus, sed insuper pilos nonnullos paullo longiores, subeglandulosos gerens. Petala calycis dentibus triplo longiora, e basi unguiculata lanceolata, sub anthesi reflexa, siccitate vix contorta, alba. Stamina longitudine petala vix aequantia, antheris rufis, polline miniato.

Species pulchella, gracilis, coloratione foliorum vetustorum, bractearum pedunculorum, ut calycis nec non capsularum dilute purpurascente insignis, caeterum valde affinis et forsan varietas tantum ***Heucherae villosae*** Michx.; quae differt pilis petioli et laminae longioribus minus densis; scapo rarius foliis frondescentibus munito; pedunculis calyce deflorato sesqui-, rarius duplo longioribus, pilis glanduliferis bracteisque non coloratis; floribus paullo majoribus, calyce pallido, dentibus tubum longitudine fere aequantibus, apice viridibus, tubo pilis longioribus eglandulosis obsito; petalis angustissimis, siccitate spiraliter contortis; staminibus petala aequantibus, antheris denique pollineque flavis. ***Heuchera caulescens*** Pursh, ab ***Heuch. villosa*** vix specie distincta, insuper foliis profundius lobatis et pilis rarioribus differt.

Hab. in America centrali. Semina e Costa Rica misit Dr. Hoffmann. Ejusdem speciei specimen e California (Bridges) in herb. reg. Berol. asservatum nonnisi glandulis pedunculorum minus coloratis paullulum differt.

(A. Br.)

EUPATORIUM VERNALE *Vatke et Kurtz*

(Series III Eximbricata § 2—3 capitulis 10—20 floris. DC. prodr. V. p. 169—173).

Fruticosum, superne pubescens, ramis teretibus angulato-striatis, foliis oppositis longe petiolatis ovato-acuminatis, basi plus minus cordatis, margine grosse et inaequaliter serrato-crenatis, supra opacis puberulis, subtus pallidioribus, pilis praecipue ad nervos crebris albidis, panicula terminali arcuato-fastigiata dichotoma, ramis trichotomis in corymbos laxe plurifloros transeuntibus capitulis pedicello duplo brevioribus, involucri squamis 12 subbiseriatis, margine scariosis ciliatis pappum per anthesin subaequantibus, floribus albis.

Frutex forte mexicanus colitur in horto ***Conoclinii grandiflori*** nomine inepto; neque enim ***Conoclinii*** species: receptaculum omnino planum ideoque genuinum ***Eupatorium***, monente jam cl. C. Koch (Wochenschr. 1863 p. 36), affine ex eodem ***Eu. villoso*** Sw., cui capitula 8-16 flora. Idem l. c. capitula 10-15 flora in nostro se vidisse asserit, nos vero in specimine vivo unico examinato capitula constanter 20 flora observavimus. Character igitur a numero flosculorum depromptus videtur fallax et ulteriori examini commendandus; neque flores magnitudinis eximiae, quare nomen rejiciendum.

Descriptio fusior cum icone comparetur in Regelii »Gartenflora« mox edenda.

(Vatke et Kurtz).

GERBERA KUNZEANA *A. Br. et Aschs.*

Cleistanthium nepalense Kze. Bot. Zeit. v. Mohl u. v. Schlechtend. 1851 col. 350 v. Schlechtendal l. c. 1852 col. 412.

Planta elegans, capitulis dimorphis insignis, vernalibus nempe (Majo et Junio prodeuntibus) scapo brevi (foliis breviore vel ea haud excedente) suffultis, apertis, radiatis, corollis pappum excedentibus vel aequantibus, et aestivalibus, scapis foliis longe superantibus suffultis, cleistogamis, discoideis, corollis pappo brevioribus, quae Julio et Augusto observare licet. Ratio biologica et morphologica exacte eadem quae ***Gerberae*** (***Tussilaginis*** L.) ***Anandriae*** Sz. Bip. quam planta nostra habitu etiam prorsus refert etsi foliis subtus tomento persistente niveis, segmentis lateralibus utrinque sub 3 nis (in ***G. Anandria*** utrinque solitariis) segmento terminali ovato obtuso mucronato (in ***G. Anandria*** plerumque oblongo acuto), capitulis minoribus, pappo purpurascente facile distinguenda.

Neque externa haec similitudo in planta nostra collocanda fallax, cum notae genericae cum ***Gerberae*** generis a Cl. Schultzio Bip. reformati (cf. Flora 1844 p. 778 sq.) charactere omnino conveniant. Cl. Kunze, etsi similitudo, quae inter plantam nostram et ***Oreoseridis*** species (et ipsas a Cl. Schultzio ad ***Gerberae*** genus amandatas) intercedit, eum non fugerit, locum systematicum propter antheras perperam ecaudatas dictas in ***Barnadesiarum*** tribu omnino alieno quaesivit. Cl. Schlechtendal quoque notam illam primariam, etsi bene observatam (antheris »setas subulatas graciles« basi sitas ascribit) non tanti, quantum fas erat, aestimavit. Nomen triviale propter ***Gerberam*** (***Bernioram*** Dec.) ***nepalensem*** Sz. Bip. mutandum erat. Exempla ***Gerberae Kunzeanae*** spontanea in montibus Himalaya occidentalibus et orientalibus lecta in herbario horti Kewensis ditissimo vidimus. ***Sciadoseris vaginata*** Kze, ab eodem viro Cl. l. c. proposita, teste Cl. Schultzio est ***Cacalia cervariifolia*** DC. (Prod. VI p. 328), species mexicana.

(Aschs.)

LONICERA (XYLOSTEUM) CAPRIFOLIOIDES *C. Koch* msc.

Ramuli dependentes, interdum subscandentes; Folia duriuscula, ovata, acuta, petiolo brevi et margine pilosa, ceterum glaberrima; flores sordide flavi, tubo basi saccato, intus pubescente, labiis contra glaberrimis, demum rubescentibus; stylus et stamina glaberrima.

Species habitu singularis, ***Loniceram sempervirentem*** praesertim foliis subaequans, sed caule erecto, e basi ramosissimo, floribusque geminis longe discrepans. Frutex humilis, vix 2—3 pedes altus, latus: ramulis superioribus elongatis, cernuis, dependentibusque. Folia petiolo perbrevi piloso insidentia, late ovata, acuta, fere aeque longa ac lata, 1½—2 pollices a basi ad apicem attingentia 14—16 lineas autem in diametro transversali, supra saturate viridia, saepe nitentia, subtus pallidiora, margine integerrima, sed pilis strictis ciliata, ceterum glaberrima: consistentia duriuscula. Flores bini, pedunculo communi 4 lineas longo insidentes, ex basi saccato-ampliati, ex parte suprema contra bilabiati: labiis oppositis, demum rubescentibus, glaberrimis, tubo intus pubescente; stylus et stamina glaberrima; baccae binae, ad tertiam partem connatae, bracteis ex basi fulcratae.

Patria mihi ignota. Frutex in hortis germanicis et belgicis jam per longum tempus sub nomine ***Abeliae splendentis*** colebatur, in hortis contra gallicis nonnullis sub falso nomine ***Lonicerae*** s. ***Caprifolii Magnevilliae***, in hortis hollandicis denique sub nomine ***Lonicerae Niagarillae.***

(C. Koch.)

SALVIA CLEISTOGAMA *de Bary et Paul.*

Ind. sem. h. Halens. 1867 p. 6. Botan. Zeitung v. v. Mohl u. de Bary 1871 col. 555.

S. clandestina γ. angustifolia Benth. in DC. Prod XII. p. 295.

Exempla in hortis Halensi et Berolinensi culta cum specimine Eckloniano, a Cl. Benthamio pro varietate sua laudato exacte conveniunt, annuente Cl. Sondero, in florae Capensis scientia longe peritissimo. Planta nostro judicio species est a ***S. clandestina*** L. regionis Mediterranneae satis diversa foliis longioribus (ergo pro ratione angustioribus) caulinis majoribus (quare caulis minime, ut in ***S. clandestina*** scapiformis apparet) verticillastris saepe pluribus minus distantibus, indumento inflorescentiae axis magis hirsuto minus glanduloso. Variat:

b. ***incisa*** Aschs.

Folia pinnatim incisa, basi pinnatifida, segmentis duplicato-crenatis.

Hab. in regione Capensi, ubi viri Cl. Mund et Maire Mart. 1819 exemplum in herb. Berolinensi asservatum legerunt, in quo flores aperti, qui in planta Eckloniana ut in hortensi cleistogami.

(Aschs.)

HORDEUM MURINUM *L.* var. CHILENSE *Brongn.*

H. murinum var. ***chilensis*** Brongn. Duperrey Voy. Bot. Phanerog. p. 56 (1829). Kth. En. I, p. 456. Nees in Nov. Act. Leop. Carol. Vol. XVI. suppl. II, p. 161. Ind. sem. h. Berl. 1869 p. 6.

H. murinum var. ex Lusitania Lk.! Hort. Berol. II, p. 180 (1833).

H. leporinum Lk.! Linnaea IX, p. 133 (1835) l. c. XVII, p. 391. Steud. syn. glum. I, 352.

H. pseudomurinum Tappeiner in litt. Koch syn. fl. germ. ed. II, p. 955 (ex descr.)

H. murinum β. major Godr. in Godr. et Gren. Fl. de France III, p. 595.

H. murinum β. chilense A. Br. et Bouché! ind. sem. h. Berl. 1860 p. 4.

Forma ***H. murini*** speciei vulgivagae in regione Mediterrannea praevalens, hinc commercio navali in Americam australem (vidimus quoque exempla Sellowiana pr. Montevideo lecta) transportata, a typo in Europa media communi (***H. murino α. genuino*** Godr. l. c.)

spiculis longe majoribus, glumae valvis latioribus, spicularum lateralium interiore saepe utrinque (neque interiore latere tantum) ciliatis arista spiculae intermediae laterales aequante vel eis breviore (quae in v. ***genuino*** Godr. paullo longior), satis recedens, quae vero notae neque omnino constantes neque semper inter se consociatae, ita ut forma nostra specifica dignitate minime distinguenda sit. Spiculae omnium maximae in exemplo a Cl. Linkio prope Naupliam lecto; specimen Linkii Lusitanicum glumam spicularum lateralium interiorem uno latere ciliatam quale Cl. Link (Linnaea XVII, p. 391) descripsit, Graecum vero eandem utrinque ciliatam exhibet. Simili ratione planta hortensis nostra (e seminibus a Cl. Philippi acceptis educata) glumam illam utrinque ciliatam prae se fert; cum planta Lusitanica vero conveniunt exempla Chilensia a Cl. Nees in herbario suo ***H. murinum β. chilense*** inscripta, pr. Valparaiso a Cl. Meyenio lecta. Contra exempla a Cl. Boeckeler in insula Norderney et Aegyptiaca a Cl. Ehrenbergio pr. Damiatam lecta glumam spicularum lateralium interiorem utrinque ciliatam exhibent in spiculis var. ***genuini*** magnitudinem haud excedentibus. Qua nota nititur ***H. pseudomurinum*** Tappeiner a nobis non visum sed ex descriptione ad varietatem nostram referendum.

Synonymum ***H. secalini breviaristati*** Trin., plantae omnino alienae, a Cl. Steudelio, qui Linkii verba male intellexit, perperam ***H. leporino*** Lk. subjungitur.

Planta nostra haud confundenda cum ***H. chilensi*** Brongn. (Duperrey voy. bot. p. 54 (1829) a Cl. Desvaux (Cl. Gay, Flora Chilena VI, 458). ***H. secalino*** Schreb. subjuncto.

H. chilense Roem. et Schult (Syst. veg. II, p. 796 (1817) est ***H. maritimum γ. Roemeri*** Nees. ab ***H. maritimo*** Huds. Europaeo habitu satis recedens et forsan ut species sui juris agnoscendum.

Quartum etiam ***H. chilense*** e ***H. vulgaris*** formarum grege ante hos XXX annos in horto nostro colebatur.

(Aschs.)

DANTHONIA SEMIANNULARIS (***Labill.***) ***R. Br.***

Arundo semiannularis Labill. Nov. Holl. pl. spec. I., p. 26, tab. 33.
Danthonia semiannularis R. Br. Prodr. fl. nov. Holl. I., p. 177; Trin. Ic. gram. t. 52; Kth. En. I., p. 313; Steud. Syn. I., p. 245.
Avena bipartita Lk. Hort. Berol. I., p. 113.
Danthonia Linkii Kth. En. I., p. 315; Steud. Syn. I., p. 246.

Avenam bipartitam Linkii eandem cum ***Danthonia semiannulari*** a Siebero in Agrostotheca no. 83 distributa jam beatus Thiele recognovit et schedulae consignavit. Eadem species nuper in horto nostro sub nomine erroneo ***D. pilosae*** militabat.

Avena lasiantha Lk.! (Linnaea IX, p. 135, 1834) secundum exempla spontanea numerosa, a Cl. auctore sera aestate 1833 floribus praeter 2—3 infimos elapsis lecta et aliud normale in horto nostro e seminibus ab eodem viro clarissimo allatis excultum est ***Bromus (Zeobromus) intermedius*** Guss.! species in regione mediterranea satis divulgata, etiam intra florae Germanicae fines prope Polam Istriae a Biasoletto (Bertol. Fl. Ital. I, 855) et nuper ab Arth. Schultzio (cf. Oestr. bot. Zeitschr. 1869, p. 52) lecta.

(Aschs.)

ELEUSINE TRISTACHYA (***Lmk.***) ***Kth.*** (non ***Schrank***).

Cynosurus tristachyus Lmk. Enc. II., p. 188 (1786).
Triticum geminatum Spr. Syst. veg. I., p. 326 (1825).
Cynosurus rigidus h. Berol. 1826? t. Spr.
Eleusine rigida Spr. Cur. post. p. 36 (1827).
Agropyrum geminatum Schult. Mant. III., p. 655 (1827); Kunth En. I., p. 273; Steud. Syn. I., p. 211.
Eleusine oligostachya Lk.! Hort. berol. I., p. 60 (1827); Kth. En. I, p. 273; Steud. Syn. I., p. 211.
Eleusine distachya Trin. in litt. ex Nees.
Eleusine indica β. Nees! Agrostol. bras. p. 440 (1829).
Eleusine indica brachystachya Trin.! Ic. Gram. t. 72 (1828); Kth. En. I., p. 273.
Eleusine Coracana var. Lk. Hort. berol. II., p. 226 (1833).
Eleusine tristachya Kunth En. I., p. 273 (1833).
(N. B. Cl. Kunthius Graminum distrib. meth. suam I., p. 192 laudavit, qui locus prius typis expressus, serius vero publici juris factus).
Eleusine barcinonensis Costa (Willk.)! Linnaea XXX., p. 125 (1859); Willkomm et Lange Prodr. fl. hisp. I., p. 46.
Eleusine geminata hort.

Planta, a Cl. Lamarckio primitus bene descripta, sed ab agrostographis celeberrimis diu vexata, in Cl. Kunthii nempe enumeratione quater, in Steudelii synopsi (ubi ***E. indica brachystachya*** et ***E. tristachya*** Kunthii silentio praetermissae) bis proposita, a beato Thieleo, herbario regio quondam adjuncto, viro de muscis Marchicis optime merito, jam ante hos triginta annos defuncto, optime extricata, qui prope integram nostram synonymorum tabulam schedulae consignavit. Species est sui juris, quamvis a Cl. Trinio et Neesio ad ***E. Indicam*** (L.) Gaertn., a Cl. Linkio ad ***E. Coracanam*** (L.) Gaertn. perperam reducta, et re vera habitu quodammodo inter has species intermedia, tamen ab utraque facili negotio distinguenda. Differt ab utraque spicis 2—3 nis, palea oblonga margine apicem versus leviter sed manifesto concava, ergo quasi acuminata, etsi apice obtusiuscula, quae in ***E. Indica*** oblongo-lanceolata, in ***E. Coracana*** ovata, in utraque margine convexo minime concavo praedita. Praeterea distinguitur ab ***E. Indica***, optime monente Cl. Willkommio, spicis plerumque multo brevioribus, semper plus duplo crassioribus, spiculis patentissimis robustioribus, fructu majore, ab ***E. Coracana*** spicis brevioribus strictis spiculis non adeo confertis. Stirps est Americae meridionalis solemnis, admodum localis, quantum nobis innotuit, hucusque non nisi prope Montevideo reperta, ubi a Cl. Commersonio et semisaeculo post a Cl. Sellowio lecta. Locus natalis a Cl. Neesio l. c. prope »Soteropolin provinciae Bahiensis« (i. e. vernaculo sermone pr. urbem Bahia) indicatus nobis dubius, quippe qui in herbario Neesii non repraesentetur, e cujus collectione elucet, Cl. auctorem ipsum de ***E. indicae β.*** limitibus non semper pariter censuisse. Multo magis autem dubia patria plantae nostrius Java insula, e qua a Cl. F. ab Herder (Ind. sem. h. Petrop. 1860, p. 29) Cl. Fischer ejus semina accepisse dicitur, quam assertionem patriae confusione in hortis nimis frequenter occurrente niti suspicamur. Planta spontanea Sellowii, a Cl. Ottone cum Cl. Sprengelio communicata, ab eo pro *Tritici* (!) specie proposita, hortensis vero e seminibus a Sellowio missis Berolini exculta, ab eodem auctore, patriae notitia hortulanorum incuria amissa, ***Eleusines rigidae*** nomine salutata, eodemque anno a Cl. Linkio, tunc temporis horti nostrius directore, sub ***E. oligostachyae*** nomine descripta fuit. Eadem nuper commercio navali, quo portus Barcinonensis celeberrimus est, e litore Argentino in Catalauniam maritimam immigravit, unde a Cl. Costa pro nova specie ad Cl. Willkommium transmissa, qui eam, quamvis rectissime originem peregrinam suspicatus, in Linnaea descripsit. Cl. Willkomm, cujus benignitati plantae Barcinonensis inflorescentiam debemus, ***E. oligostachyam*** diversam putabat spiculis quadriseriatis 5-floris, paleis acutiusculis, caryopsi globosa, sed re vera spiculae omnium Chloridearum more in rhacheos trigonae facie infera biseriatim insertae, inter se arcte approximatae, dislocatione inde orta subirregulariter 3—4 fariam imbricatae; paleae obtusiusculae; fructus (immaturus tantum a nobis visus) sculpturam a Cl. Willkommio descriptam clare exhibet.

Fructus pericarpio ***Eleusinarum*** more membranaceo, facile solubili demum irregulariter dilabente praeditus, meo judicio ***Chenopodiacearum*** et ***Amarantacearum*** multarum (e. gr. *Albersiae*) s. d. utriculo aequiparandus neque caryopsis dicendus est. Cui accedunt ***Crypsis*** et ***Vilfae*** (hac ex causa etiam ***Sporoboli*** nomine a Palisotio salutatae) fructus pericarpio pariter libero membranaceo, mucilaginoso, humectato intumescente et lateraliter dehiscente semenque protrudente praediti quos Cl. Duval-Jouve (Bulletin soc. bot. France XIII, 1866, p. 322 seq.) et Döll. (XXXVI. Jahresb. Mannh. Verein Naturk. 1870, p. 57) egregie exposuerunt; fructum omnino similem in ***Typhae*** speciebus praeter ***T. Laxmanni*** et ***T. stenophyllam*** Cl. Rohrbach (Verhandl. bot. Ver. Brand. XI. 1869, p. 71) descripsit. Magis recedunt ***Oryzearum*** nonnullarum (generis ***Zizaniopsis*** (***Zizania*** Link, non L., in quo Cl. Münter primus structuram a Graminearum norma abhorrentem descripsit), ***Caryochloae, Luziolae***), fructus nucamentacei, et ipsi pericarpio libero, sed duro, crasso insignes. Terminus »caryopsis spuria« a Cl. Döll. l. c. p. 58 pro Graminearum fructibus pericarpio solubili praeditis propositus, ut caryopsis definitioni, quae pericarpium adhaerens postulat, contradictorius minus placet; nescio cur ***Oryzearum*** et ***Eleusines*** saltem fructus cum Cl. Münterio et Duvalio achaenium (vel, recte monente Cl. Duval-Jouve Mem. de l'acad. des sc. et lett. de Montpellier sciences VII, p. 443 achanium) non dicamus; etsi Compositarum fructus sane notissimum achanii exemplum praebeat, aptius botanicorum Gallicorum sententia (Duchartre, El. de bot. p. 657, Decaisne et Le Maoût Trait. gén. de bot. p. 78) quibuscum agrostographi nostrates celeberrimi Kunth et Nees consentiunt, qui Cyperacearum fructus achaenium dicunt, achanii notio nonnisi fructum indehiscentem semine unico libero postulat, quam cum Bischoffio fructum ex ovario infero ortum.

E. tristachia Schrk. (Syll. plant. Ratisbon. I., p. 191 (1824); Steud. En. I., p. 212) tenerior dicta quam ***E. Indica***, non hujus loci et vix species rite distincta sed probabiliter forma depauperata ***E. Indicae***, ut Cl. Steudel jure suspicatus est.

E. Coracana, planta frumentaria in Asia et Africa intratropicis ubique culta, nuper ex Africae centralis regno Bornuensi a Cl. Gerardo Rohlfs sub nomine »Tjerga« in hortum nostrum introducta, a Cl. Schweinfurthio etiam, apud Aethiopes anthropophagos regionem a fluviis ex Occidente Leuconilo affluentibus irrigatam habitantibus observata est; cujus formae ***E. stricta*** Roxb. (cf. Nees Ill. Gram. Afr. austr. p. 251) et ***E. Tocusso*** Fres. nobis videntur minime dignitate specifica distinguendae.

Hoc loco pauca referre liceat de duabis aliis ***Eleusines*** formis olim ex horto nostro in lucem editis:

Eleusine distans Lk. (Hort. Berol. I., 61) certo certius ab ***E. Indica***, specie inter tropicos nusquam non obvia, zonam temperatam calidiorem passim occupante non nisi varietatis dignitate distinguenda, ut Cl. auctor jam l. c. suspicatus est. Exempla spontanea plantae nostri, a Linkii temporibus singulari quidem constantia spicas longissimas spiculis laxe dispositis subinterruptas retinenti simillima in herb. regiis Berolin. et Monac. asservantur: ex Africa australi ad sinum Delagoa (Forbes 1822) e regione Himalayensi (Royle) e Japonia (Buerger, Zolling pl. japon. No. 61 (e descriptione et patria hujus loci ***E. japonica*** Steudel Syn. I., p. 211 recte monente Cl. Miquel Annal. hortus Lugd. Bat. II, 279); e Pennsylvania; e Sta Lucia Antillorum (Crudy).

E. polydactyla Steud. l. c. est forma vegetior ***E. Indicae*** spicis numerosis spiculis vero minus distantibus; specimen simile e Guinea (Isert) in hb. reg. Monac. asservatur.

Eragrostis nitida Lk. (Hort. Berol. I., p. 193; Steud. Syn. I., p. 270; ***Poa nitens*** Kth. En. I., p. 344) e seminibus a Cl. Hemprichio et Ehrenbergio in insula Dahlak maris Rubri pr. Massaua sita, (neque in Aegypto neque in Nubia ut Cl. Link. l. c. exhibet) lectis exculta, est ***Eleusine (Acrachne) verticillata*** Roxb., praeterea in Abyssinia a Cl. Schimpero in valle fl. Sellata pr. Soéa, die XVI. Aug. 1854 reperta. Ceterum nescimus cur Cl. Link determinationem genericam, etsi ***Eleusines*** speciem in gramine nostro certe odoratus (nam post ***Eleusines*** genus l. c. p. 61 ***Eragrostidem nitidam*** laudavit) non correxerit. Subgenus ***Dactylochloa***, a Linkio pro planta Ehrenbergiana propositum, genere Neesiano ***Acrachne***, pro eadem specie constituto longe antiquius est.

(Aschs.)

PANICUM (SETARIA) ADHAERENS *A. Br.* et *Bouché* in ind. sem. anni 1870 p. 4.

Comparatis omnibus quae in herbariis Berolinensibus prostant formis ad stirpem ***Panici verticillati L.*** pertinentibus, hanc quoque, solam hucusque ex Australia nobis notam, huic speciei maxime polymorphae subjungendam esse nobis persuasum est. Formarum dispositioni haud facili negotio inchoatae notas omnibus hujus speciei formis communes sequentes praemittamus:

Duratio annua. Ramificatio copiosa, nunc prope basin, nunc altius adscendens. Culmus glaber, inferne laevis, sub ipso thyrso scabriusculus. Vaginae foliorum laeves, dorso glabrae vel pilosae, margine glabrae vel piloso-ciliatae. Laminae foliorum glabrae vel pilosae, tactu retrorsum plus minus scabrae. Thyrsus spiciformis, continuus vel basi interruptus, ramis saepe quaternatim (rarissime quinatim) verticillatis vel spiraliter ad $\frac{2}{7}$ vel $\frac{2}{9}$ dispositis. Rhachis primaria aeque ac rhachides ramorum et ramulorum complurium in setas (»involucrum« auct.) abeuntes, denticulis vel aculeolis acutis retrorsum (in formis quibusdam aberrantibus ex parte vel omnibus antrorsum) spectantibus scabras, quarum basi spiculae plerumque brevissime pedicellatae insident, aut singulae (»involucrum unisetum«) aut ad basin setae terminalis totius thyrsi et setarum terminalium ramorum primariorum binae vel ternae. In ramificationibus ulterioribus prope basin ramorum primariorum non omnes setae spiculis comitatae sunt, hinc setae spiculis numerosiores (»involucrum plurisetum«). Rarissime rhachis primaria spicula terminali seta elongata suffulta hinc longe supra reliquas sublata ornatur. (Nees, Afr. austr. illust. p. 54.) Spiculae a dorso compressae, facie superiore (bracteae floris hermaphroditi respondente) magis convexa, ovatae vel ovato-ellipticae. Glumae involucrales membranaceae, glabrae, pallidae, nervis viridibus percursae: prima reliquarum $\frac{1}{3}$ vel $\frac{2}{5}$ aequans, 1—3 nervia; secunda tertiam (florem neutrum auctorum) longitudine fere aequans aut plus minus conspicue brevior, utraque 5—7 nervia. Gluma bractealis (bractea floris hermaphroditi) glumam involucralem tertiam longitudine aequans, cartilaginea, e flavo pallide virescens vel subfuscescens, longitudinaliter obsolete tricarinata, transversim tenuissime punctato-rugulosa.

Hasce subspecies, varietates, formas magis memorabiles distinguendas proponimus:

A. Formae legitimae, setis retrorsum aculeolatis.

Subsp. 1. ***P. verticillatum*** L. (genuinum); ***P. asperum*** Lam.; ***Setaria verticillata*** P. Beauv. Agrost. 51; Kunth. Enum. I, 152.

Statura mediocris. Vagina foliorum dorso glabra, margine ciliato-pilosa! Lamina 6—12 mm. lata, glabra, rarius parce pilosa. Ligulae basis membranacea brevissima, lacera. Thyrsus subcylindricus, angustus, saepius, basi praesertim, interruptus, ramis (praeter setas) abbreviatis, vel paullo elongatis. Setae spiculas aequantes vel duplo-triplo superantes. Pedicelli plerumque brevissimi, c. quartam partem glumae primae aequantes. Spiculae ovato-ellipticae, 2 mm. parum excedentes! Gluma secunda longitudine tertiam fere aequans!

Per Europam temperatam et meridionalem divulgatum. Ad montem Sinai (Schimper. Un. it. 1835. 300) in Chersonneso taurico (Demidoff); in Asia minore pr. Marasch (C. Haussknecht); in America septentrionali (Nova Anglia: Tuckerman; Missouri: Engelmann.)

In exemplis Americanis thyrsus angustissimus; amplior et ramorum elongatione lobatus in exemplis majoribus Basileae lectis et cultis. Folia parce pilosa in exempl. Sinaicis, Tauricis, et Americanis nonnullis. Quoad setarum longitudinem distinguenda sunt:

a. ***brevisetum***, setis spiculas vix excedentibus. Hoc vulgatissimum, praesertim in Germania. Variat
   * ***coloratum***, vaginis foliorum sordide purpurascentibus, glumis e purpureo et viridi variegatis, quod cultum habemus ex horto Berol.

b. ***longisetum***, setis spiculas duplo, rarius triplo superantibus. Forma rarior, cujus exempla Gallica (Prost), Sardoa (Aschers.), Hungarica (Aschers.) vidimus.
   * ***Nepalense***, thyrso per totam fere longitudinem fasciculatim interrupto, setis dilute rufescentibus spiculis pallidis triplo longioribus. Nepalia sec. exempla herb. Linkiani spontanea? et in horto Ber. culta.

β. ***P. vert. robustum*** A. Br. ***Setaria Nubica*** Link Hort. Berol. I (1827) p. 220? Exaltatum, quadripedale et ultra. Culmus robustus, erectus, superne ramosus. Folia latiora (15—20 mm. lata), facie superiore parce pilosa. Thyrsus amplus (10—18 cm. longus, 1½—2 cm. latus), superne pyramidatim decrescens, non interruptus, ramis (in exemplis maximis quinatim verticillatis) elongatis confertis lobatus. Spiculae pedicellis paullo longioribus insidentes, subcoloratae. Setae spiculis duplo longiores.

Cl. Link ***Setariam Nubicam*** l. c. descriptam e seminibus Dongolanis a cl. Ehrenberg collectis cultum esse asserit; sed in herbario Ehrenb. nullum adest sectionis ***Setariae Panicum***, quod aut cum descriptione Linkiana aut cum planta Linkii temporibus in horto Berol. sub nomine ***Set. Nubicae*** culta conveniat. Solum quod adest in Dongola lectum pertinet ad ***P. Aparinen***, ***P. verticillati*** subspeciem secundam, foliorum vaginis margine glabris insignem, cum descriptio ***Set. Nubicae*** Linkiana „vagina margine pilosa" potius formam ***P. verticillati*** genuini indicet. Eadem vaginarum indoles in planta culta reperitur, quae in herbario regio schedulis cl. Kunth et Thiele ***Setariae Nubicae*** nomine designatur, neque setae, quae secundum Linkii descriptionem spiculis 6—8plo (!) longiores esse deberent, in hac duplicem spicularum longitudinem exsuperant. Exemplo auctoris authentico deficiente ***Setariam Nubicam*** dubiis vexatam omittendam, varietatem hortensem autem sub hoc nomine cultam novo nomine salutandum esse satius duximus. Patria incerta; specimen 1831 cultum in schedula Kunthiana Americanae originis esse dicitur.

Subsp. 2. ***P. Aparine*** Steud. syn. pl. gram. p. 52 (emend.). Humilius vel elatius, prope basin praesertim ramosum, saepe diffusum, culmo minus robusto. Vagina foliorum omnino glabra! Ligula profunde in pilos soluta. Lamina 6—10 mm. lata, parcius et parum conspicue pilosa. Thyrsus plerumque non interruptus, subcylindricus, brevis vel mediocriter elongatus, minus densus, ramis abbreviatis vel paullo elongatis, mox divaricatis. Setae numerosae spiculas duplo ad quintuplo superantes. Spiculae brevissime pedicellatae, ovato-ellipticae, 1½—2 mm. longae! Gluma secunda tertiâ paullo brevior!

Subspecies maxime polymorpha, per orbem terrarum late diffusa, notis essentialibus ***P. verticillatum*** cum ***P. Rottleri*** conjungens. Exclusis varietatibus magis insignibus infra describendis formae variae distinguendae sunt.

a. ***setis longioribus***, spiculas triplo-quintuplo superantibus (***P. Aparine*** Steud. l. c.; ***P. adglutinans*** Ehrenb. herb.). In Aegypto, Dongola, Arabia (Ehrenb.); in Senegambia (Jardin ex Steud., Perrottet); in ins. Canar. (Despréaux ex Steud. et herb. Kunth). Exempla Dongolana alia pedalia et ultra, alia nana vix biuncialia.

b. ***setis paullo brevioribus***, spiculas duplo-triplo superantibus

* ***forma Sicula et Indica***, habitu ***P. verticillato*** simillima, a quo differt vaginis margine non ciliatis. Spiculae 2 mm. longae. Pr. Panormum (Todaro); Malabar, Concan (Stocks).

** ***forma Arabica et Borbonica***, gracilior, thyrso anguste cylindrico. Wadi Fatme in Arab. fel. (pl. Schimp. ed. Hohenacker 997); ins. Borbon. (Boivin).

*** ***forma Nubica***, humilior, thyrso brevi denso. Pr. Berber (Kotschy it. Nub. 365).

**** ***forma Mossambicensis***, elatior, thyrso elongato, satis denso. Mossamb. (Peters).

***** ***forma Brasiliensis et Peruviana*** (***P. tenacissimum var.? vaginis nudis*** N. ab. E. herb.) ramosissimum, diffusum vel altius adscendens, thyrso cylindrico minus angusto, spiculis minimis 1½—1¾ mm. longis. Brasilia ad Rio de Janeiro (Meyen, Rudio); Peru ad Arica (herb. N. ab E.).

β. P. Ap. respiciens Hochst., Steud. Syn. 52 (emend.); ***P. Rottleri β. majus*** Nees Afr. austr. ill. p. 54 excl. plant. Ind. or. Elatum et robustum, culmo valido erecto superne ramoso. Folia latiora (8—15 mm. lata), pilis plerumque rigidioribus basi evidentius calloso-incrassatis obsita. Thyrsus amplior, pyramidatim decrescens, ramis elongatis lobatus. Setae duplici — quadruplici spicularum longitudine.

In Abyssinia (Schimper no. 1650), Senegambia (Perrottet), Africa australi (Drège), insulis Canariensibus et Promontorii viridis (Dr. Bolle), nec non in America australi (»in valle Limensi« Nees herb.).

Exempla Abyssinica omnium speciosissima, culmo quasi arundinaceo, altitudinem 5—7 pedum attingente, foliis valde scabris, pilis basi evidenter bulbosis insignia. Capensia minus speciosa a Cl. Nees ab Esenb. ad ***P. Rottleri β. majus*** ducuntur. Planta Senegambica quoque minus elata, thyrso densiore et vaginis, quantum e speciminibus siccis judicare licet, carinatis differt et forsan varietatem propriam sistit. Exempla Canariensia foliis latissimis et thyrso amplo ramulis dense confertis eximie lobato insignia.

Ab his nullo modo differt specimen Limense herbarii Neesiani, ***P. lachnei vaginis glabris*** nomine inscriptum.

γ. P. Ap. adhaerens A. Br. et Bouché l. c. Statura mediocris. Culmus gracilior. Folia angusta, 6—8 mm. lata, glabra! Thyrsus elongatus, laxus, sensim decrescens, inferne longe interruptus, ramis elongatis. Spiculae longius pedicellatae, pedicello saepe dimidiam glumae primae partem aequante. Setae spiculis triplo-quintuplo longiores. Reliqua ut in praecedentibus ***P. Aparines*** formis.

Cultum in hort. Berol. e seminibus a cl. Ferd. v. Müller, Flora Australiensis perscrutatore meritissimo, anno 1868 acceptis, in loco »Michiganbay« collectis.

δ. P. Ap. porphyrochaeton A. Br. (***P. Rottleri α. minus*** Nees ab E. Fl. Afr. austr. ill. p. 53 ex p.). Statura et habitus ***P. verticillati***, quod foliorum latitudine et thyrso cylindrico satis denso et subinterrupto quoque aemulatur, sed vaginae margine glabrae et lamina utrinque pilosa. Spiculae quam in reliquis ***P. Aparines*** formis majores, longitudine 2 mm. paullo excedentes. Setae spiculis quadruplo-sextuplo longiores, validae, purpurascentes.

In Cap. b. sp. late divulgatum videtur sec. exempla a cl. Maire et Mundt, Ecklon et Zeyher et Drège lecta; in herb. Linkiano specimen Neapoli lecm tuadest ab hac varietate non separandum.

Subsp. 3. ***P. Rottleri (Setaria Rottleri)*** Spr. Syst. I. 304; Kunth En. 153; ***P. Rottleri α. minus*** N. ab E. Fl. Afric. austr. ill. 53 (quoad plantam Indicam); ***Panicum verticillatum*** Roxb. Fl. Ind. or. sec. N. ab E. Statura mediocris vel elatior. Vaginae foliorum inferiorum dorso praesertim et marginem versus pilosa, sed ipso margine non ciliata! Lamina utrinque pilosa, 8—15 mm. lata. Ligulae basis membranacea longius producta. Thyrsus rarius cylindricus, plerumque oblongus et apicem versus (rarius inde a basi) sensim pyramidatim decrescens, plerumque latior et laxior quam in ***P. verticillato***, ramis plus minus elongatis, mox divaricatis. Setae spiculas triplo-quintuplo superantes. Spiculae laxius dispositae quam in praecedentibus, latiores, ovatae, 2 mm. vix excedentes. Gluma secunda tertiâ cunspicue brevior; quarta (bractealis) versus apicem denudata, evidentius transversim rugulosa.

Indiae orientali proprium esse videtur. Penins. Ind. or., Coromandel (Commerson, Wight); planities Gangetica sup. et Panjab (Hook. et Thomson); Ceylon (Vachell, forma thyrso angustiore cylindrico).

Exempla quae vidimus omnia longiseta.

β. P. R. floribundum. Setaria floribunda W. Arn. sec. sched. herb. Neesiani; ***Pan. Rottleri β. majus*** Nees l. c. excl. planta Capensi. Majus, elatum et robustum. Thyrsus amplus ramis valde elongatis spiciformibus primum erectis serius patulis lobatus. Setae breviores, spiculas duplo-triplo superantes.

Penins. Ind. or. (Wight), Nepalia (Royle).

Varietas ***P. verticillato β. Nubico*** et ***P. Aparine β. respicienti*** omnino analoga.

γ. P. R. Miquelii A. Br. ***P. respiciens*** Steud. Syn. 52 ex p.; Miqu. Fl. Ind. Bat. III. 467. Elatum (c. quadripedale), sed gracilius. Vaginae glabrae! Ligulae pars membranacea longius producta, pilos longitudine aequans. Lamina foliorum e basi angustiore dilatata, 15—20 mm. lata, glabra! et vix scabriuscula (callo marginali denticulis minimis inconspicuis instructo). Thyrsus angustissimus, utrinque attenuatus, continuus, ramis abbreviatis, infimis ad setarum fasciculos steriles reductis. Setae spiculis duplo-triplo longiores. Pedicelli paullo longiores quam in ***P. Rottleri*** genuino. Spiculae iis ***P. Rottleri*** similes.

In ins. Java (Zollinger no. 2729).

B. Formae aberrantes, setis antrorsum, aut partim antrorsum partim retrorsum aculeolatis.

Subsp. 1. ***P. verticillatum antrorsum. P. verticillatum β. ambiguum*** Guss. prodr. Fl. Sic. (1827) p. 80); ***Setaria ambigua*** Guss. Fl. Sic. syn. (1842) p. 114; ***Set. verticillata b. ambigua*** Parlatore Fl. It. I. 110; ***Set. decipiens*** C. Schimp. in reun. nat. cur. Bonnensi 1857; ***Set. glomerata*** (et ***pseudo-verticillata***?) hort.

Panico verticillato normali multo rarius; in ditione Flor. Badensis pr. Schwetzingen abunde legit C. Schimper, Basileae in consortio formae retrorsae Münch; in Sicilia primus detexit Gussone, sec. Parlatore etiam Neapoli, in Etruria, Liguria provenit.

Praeter directionem aculeolorum antrorsam in setis et rhachide inflorescentiae nullo modo a *P. verticillato* differt; sed cultura teste Gussone persistit, quod anno praeterlapso etiam in horto Berol. confirmatum est.

Subsp. 2. a. ***P. Aparine antrorsum.*** Perrarum videtur. Nonnisi formam humilem (digitalem), culmo tenuissimo, foliis angustis, thyrso minuto (8—10 mm. longo) paucifloro a forma vulgari discedentem in insulis Promontorii viridis a cl. Bolle lectam vidimus. Varietas *β.* setis antrorsum hispidis, Cahirae a cl. Ehrenberg lecta, habitu plantae Schimperianae Abyssinicae (***P. respicienti*** Hochst.) haud absimile est.

Subsp. 2. b. ***P. Aparine mixtum.*** Setae prope basin retrorsum, versus apicem antrorsum hispidae, rarius (in eodem thyrso) ad apicem usque retrorsum vel inde a basi antrorsum hispidae, immo in eadem setae parte nonnunquam aculeoli retrorsum et antrorsum spectantes mixti observantur. Aculeoli rhachidis retrorsi.

Exempla speciosa, ramosissima, ramis in culmo geniculato adscendente remotis habitum peculiarem praebentia, caeterum ***P. Aparinen antrorsum*** omnino referentia Dr. G. Schweinfurth in provincia Gallabat legit.

Subsp. 3. a. ***P. Rottleri antrorsum.*** ***P. Rottleri var. γ.*** W. Arn. et N. ab E. Glum. Ind. or. ined. sec. N. ab E. Afr. austr. ill. p. 54.

Ind. or. sec. N. ab E., in cujus herbario specimen unicum Wightianum asservatur, ***Panico Rottleri β. floribundo*** respondens.

Subsp. 3. b. ***P. Rottleri mixtum.*** ***P. Rottleri var. δ.*** W. Arn. et N. ab E. l. c., in Neesii ill. l. c. his verbis memoratum: »In varietate *δ.* (Ind. or.) pars (sc. aculeolorum) retro, pars autem antrorsum spectantes inveniuntur«. Nobis non visum.

E. coetu ***Pan. verticillati*** excludendae sunt species nonnullae proxime quidem affines, sed certis limitibus distinctae:

1. ***P. intermedium*** Roth nov. pl. sp. 47; ***Setaria intermedia*** R. et S. Syst. II. 489; Kunth. En. I. 150, quod in Neesii illustrationibus p. 53 perperam inter synonyma ***Panici Rottleri*** allegatur, in ejus herbario ***P. Rottleri ε. setoso simile*** nuncupatur. Indiae orientalis indigenum et ***Panico Rottleri*** simile, sed optime distinctum spiculis brevioribus et valde tumidis, gluma sécunda tertiâ multo breviore, bractea saturatius fuscescente dorso profundius transversim rugosa, setis flexuosis tenuioribus, aculeolis exiguis semper antrorsum directis.
2. ***P. scandens*** Trin. ic. t. 201; ***Pennisetum scandens*** hort. Vind., cujus forma longiseta testante Cl. Döll ***Setaria tenacissima*** Schrad. in Schult. Mant. II. p. 279; Kunth En. I. 152; ***Panic. tenacissimum*** Nees Agrostol. Brasil. 238, Brasiliae indigenum, quod a ***P. verticillati*** formis omnibus differt spiculis brevioribus subglobosis, altero latere (latere glumae secundae et bracteae) valde gibbis, gluma secunda bracteâ $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$ breviore, bractea inconspicue transversim rugosa, distinctius longitudinaliter lineolata. Vaginis gaudet margine dense villosis, foliis valde pilosis, ligula ad basin in pilos soluta, thyrso anguste-cylindrico elongato ramis brevissimis dense constipatis. In forma breviseta (***P. scandens*** Trin.) setarum aculeoli plerique antrorsi, nonnisi prope apicem setarum passim retrorsi, in forma longiseta (***P. tenacissimo***) aculeoli plurimi retrorsum inclinati.

(A. Br.)

PINUS SILVESTRIS *L.* VAR. ERYTRANTHERA *Sanio* in litt.

Forma singularis, pulcherrima, sed vix varietas constans, antheris (praesertim connectivi apice squamiformi) dilute purpurascentibus, ut in ***Pino montana.*** Arbores paucas in consortio ***Pini silvestris*** normalis antheris sulphureis praediti prope Lyck in Borussia orientali detexit Dr. Sanio, unicam Berolini etiam (auf der Hasenhaide) olim observavi. Strobili quoque ejus saltem arboris, cujus semina inventor misit, singulares sunt et a forma normali discedentes, valde elongati et gracilescentes, superne quam maxime attenuati, squamarum omnium apophysi pyramidatim modice elevata.

(A. Br.)

[illegible] copy

SELAGINELLA KRAUSSIANA *Kunze* VAR. POULTERII *A. Br.*

Sel. Poulterii hort. Anglic., J. Veitch, Cat. of new and beautiful plants for 1868 p. 17 (cum icone); Koch, Wochenschr. 1869, p. 24.

Humilis et minutula, dense caespitosa. Surculi procumbentes pseudodichotome ramosi, ramis fastigiatis, in plano semicirculari quasi radiatim expansis. Caulis tenuissimus, pallidus, depresso-subtetragonus, pleurotropus. Folia minuta, nonnisi prope apicem ramorum contigua, reliqua omnia distantia; lateralia rectangule patentia, 1—1$\frac{1}{4}$ mm. longa, inaequilatera, latere anteriore semiorbiculato, posteriore semiovato, obtusa vel obtuse apiculata, basi anteriore leviter rotundata, posteriore cordato-rotundata, margine praeter basin anteriorem serrulata. Folia intermedia vix duplo minora, subdivergentia, oblique ovata, vix acuminata, obtusiuscula, basi exteriore late decurrentia et subauriculata. Spicae in apicibus ramulorum ultimorum brevissimorum, saepe geminatim approximatae (utraque divisionis ultimae parte spicigera), ramificationis circulum superantes, angustae, tetragonae. Bracteae late ovato-tringulares, obusae (vix acuminatae); macrosporangium plerumque unicum ad basin spicae; macrosporae et microsporae iis ***Sel. Kraussianae*** genuinae omnino similes.

In hort. Ber. ab anno 1869 colitur et abunde vegetat; in hortis Anglicis ab anno 1867 cognita.

Varietas maxime memorabilis. A genuina ***S. Kraussiana***, cujus progenies hortensis esse dicitur, toto habitu, ramorum directione, foliorum minutie et brevitate, spicarum dispositione insigniter differt, sed caulis articulatione obscura, radicum ortu, foliorum insertione et serratura, denique, quod maximi momenti est, macro- et microsporarum indole omnino convenit. Formas intermedias non vidi. De origine nihil certi habeo; de prima in hortis Londinensibus expositione cl. Veitch l. c. his verbis loquitur: „A very beautiful miniature form of ***Selag. denticulata*** (i. e hortorum = ***S. hortensis*** Mett. = ***S. Kraussiana*** Kunze)! It was exhibited before the Floral Comitee of the Royal Horticultural Society July 2^d 1867, and at the Royal Botanic Society's Show July 3^d 1867, and on each occasion received a First Class Certificate."

SELAGINELLA METTENII A. Br. Ind. sem. h. Ber. 1867, app. p. 1.

Descriptioni hujus speciei addendum est: Bracteae ovato-triangulares, mediocriter et sensim acuminatae, subintegerrimae! Macrosporae in sporangiis normali modo quaternae, 0,32 — 0,38 mm. crassae, albidae, tuberculatae, tuberculis confertis hemisphaericis, passim elongatis et subconfluentibus. Anguli tripodis in vertice macrosporarum crassi, parum prominentes; angulus horizontalis obsoletus. Microsporae 0,03 — 0,04 mm. crassae, pallidae, dense et obtuse muriculatae.

Planta per complures nunc annos observata parcissime fructificavit. Spicae breves in ramulis inferioribus satis elongatis praesertim observantur et bractearum magna pars aut omnino sterilis, aut sporangiis depauperatis feta reperitur. Hinc natura hujus speciei hybrida denuo confirmatur. Bracteae subintegerrimae autem ***Sel. inaeqnalifoliae*** et ***S. Kraussianae***, quas parentes esse olim suspicati eramus pari modo alienae sunt et ***Sel. uncinatam*** potius parentem alterum esse indicare videntur. Macrosporae ***Sel. Mettenii*** supra descriptae ab iis ***S. Kraussianae*** omnino abhorrent; cum ***Sel. uncinata*** comparationem facere non possumus, quippe cujus macrosporas maturas videre nondum licuerit.

SELAGINELLA MOLLICEPS *Spring* Monogr. Lycop. II (1848), p. 257; *S. rubricaulis* hort. (Veitch Cat. 1861); A Br. in Kuhn Fil. Afr. (1868), p. 211 et in ind. sem. hort. Ber. 1867, app. tert. p. 2; *S. suberosa* Baker, Selag. cult. in Gardeners' Chron. 1867, p. 950 (non Spr. mon.)

Exempla spontanea ex Africae occidentalis insula Fernando Po a cl. Hooker nobiscum communicata cum cultis hortorum omnino congruunt; Angolensia a cl. Welwitsch lecta varietatem parum discedentem sistunt.

Praeterea ad *Selaginellarum* in hortis cultarum enumerationes in ind. sem. hort. Berol. annorum 1857, 1859, 1867 editas nihil habeo, quod addam, nisi nomina specierum nonnullarum mihi incognitarum, quae in hortorum Catalogis occurrunt, e gr.

1. *S. decora* Linden 1858, van Geert 1869—70.
2. *S. japonica* Moore. Conf. app. tert. ind. sem. h. Ber. 1867, p 1.
3. *S. rubella* Moore.
4. *S. setosa* hort.

(A. Br.)

MARSILIA ERNESTI *A. Br.* in Sitzungsb. d. Ges. naturf. Freunde 19. Juli 1870, p. 46; Monatsb. d. Akadem. d. Wiss. zu Berl. 1870, p. 719 et 746. *M. striata* A. Ernst, Vargasia No. 7, p. 181 (non Mett.).

Statura quam *M. quadrifoliata* paullo gracilior, rhizomate plantae fructiferae terrestris aut longe repente aut (loco sicciore) densius constipato. Folia evoluta parce et inconspicue pilosa, tenuius membranacea, subglaucescentia, foliolis late spathulatis, fronte rotundatis integerrimis. Folia natantia plantae aquaticae striis intercostalibus praedita et subtus stomatis carentia. Sporocarpia ad basin petiolorum solitaria. Pedunculus sporocarpium longitudine aequans vel paullo superans, lateraliter deflexus, prostratus, immo intra terram ipsam descendens, subflexuosus. Sporocarpium in pedunculo suberectum aut paullo inclinatum, oblongum, dorso subrectilineum, ventre convexum, latere valde tumidum, hinc dorso et ventre vix carinatum, 6—8 mm. longum, 4—4½ latum, 3—3½ crassum, villo denso e pilis longis crispulis vestitum, depilatum dilute fuscum, neque costatum, neque conspicue punctatum. Rhaphe ad basin sporocarpii brevissima; dentes valde approximati obtusi, superior brevissimus subobsoletus. Sori utrinque 7—8, rarius 9. Macrosporae numerosissimae (250 — 300 in eodem sporocarpio), 0,48 — 0,55 mm. longae, 0,33 crassae. Pili sporocarpii valde elongati et attenuati, plerumque 7 cellulares, verrucosi. — Folia primordialia plantulae juvenilis 5—9, plerumque 7—8, primum (germinale) e basi anguste lanceolata in apicem subulatum excurrens, sequentia apice in laminam cuneatam obtusam simplicem, in ultimis saepe bipartitam vel quadripartitam abeuntia, omnia dense congesta, caule (rhizomate) nonnisi in regione foliorum natantium quae insequuntur internodia elongata producente indeque longius prorepente.

Prope Caracas una cum ***Marsilia subangulata*** A. Br., quam speciem ut e sporis educemus nondum nobis contigit, detexit Dr. Adolphus Ernst, Florae Columbicae indagator indefessus. E sporocarpiis maturis Majo 1870 collectis et nobiscum communicatis in horto universitatis Berolinensis medio Junio germinavit et primo jam anno ad fructificationem pervenit.

MARSILIA HIRSUTA *R. Br.* prodr. Fl. Nov. Holl. (1810), p. (167) 23; A. Br. in Monatsber. d. Akad. d. Wiss. 1870, p. 715, 732.

Statura mediocris. Rhizoma longe procurrens, partim superficiale et fructiferum, partim subterraneum hinc inde tuberculis carnosis crenatis aut sublobatis (ramulis axillaribus mutatis hiemem perdurantibus) onustum. Folia plantae terrestris dura, plus minus conspicue pilosa, foliolis angustius vel latius cuneatis fronte truncato-rotundatis, integerrimis. Sporocarpia basilaria, solitaria, pedunculo erecto vel arcuatim adscendenti horizontaliter insidentia aut deorsum inclinata. Pedunculus sporocarpio plerumque brevior, nonnunquam brevissimus, rarius (in planta culta) sporocarpium longitudine aequans. Sporocarpium 3 — 5 mm. longum, 2½ — 4 mm. latum, dorso rectilineum vel leniter sinuato-excisum, ventre arcu valde prominente rotundatum, versus apicem oblique adscendens, valde compressum et subinaequilaterum (altero latere planiore), dorso et ventre obtuse carinatum, pilis rufescentibus subadpressis vestitum, depilatum luteo- vel rufo-fuscum, ecostatum, punctatum. Rhaphe valde elongata. Dentes subaequales obtusi. Sori utrinque 3 — 5, rarius (in planta culta) 6 — 7. Macrosporae minus numerosae, in singulis soris solitariae vel binae. — Epidermis foliorum ubique laevis, verrucis carens. Pili sporocarpii 5—6-cellulares, verrucis minutissimis punctulati. — Folia primordialia in caule primario ramisque plantae juvenilis numerosa, immo numerosissima (centena et ultra!), inde a quarto vel quinto internodiorum extensione inter se remota, primum (germinale) anguste lanceolatum subulato-acuminatum, reliquorum plurima integra, late spathulata vel obovata, minute apiculata, nonnulla bi-, tri- aut quadriloba aut rarius bi- vel quadripartita. Folia natantia plantae profundius sub aqua crescentis (contra morem specierum reliquarum) utraque facie stomatis instructa.

Per magnam Australiae partem divulgata videtur; in horto e sporocarpiis pr. Brisbane (Queensland) lectis a cl. Durieu de Maisonneuve nobiscum communicatis sub finem aestatis a. 1870 prodiit et anno insequente fructificationem protulit.

Haec vera est *M. hirsuta* R. Br., „involucris subsessilibus" ab auctore descripta, ab omnibus formis *Marsiliae Drummondii*, cum planta Browniana saepe confusae, praeter sporacarpia brevipedunculata foliorum epidermide laevi optime distincta. Folia primordialia remota et folia natantia subtus stomatis instructa, nec non tubercula (hibernacula) subterranea, quae in hac specie occurrunt, in nulla alia hucusque culta et rite observata reperiuntur.

Marsiliaceae in horto Berolinensi (conf. ind. sem. anni 1867) praeter species supra descriptas pluribus aliis adauctae hoc tempore coluntur sequentes

1. *Marsilia quadrifoliata* L. Antiquitus culta, denique aestate 1871 etiam e sporis educata, quod antea frustra tentatum erat.
2. *M. diffusa* Lep.
   a) e sporis plantae Madagascariensis (Pervillé 1841) ab anno 1865 culta;
   b) e sporis plantae in territorio Nili superioris lectae (Dr. Schweinfurth 1871) vere 1872 enata.
3. *M. crenulata* Desv. ex insula Mauritii (Dr. Ayres 1860) ab anno 1865 culta.
4. *M. pubescens* Ten. Jamdiu in hortis culta, nuper e sporis plantae Gallicae 1838 lectae annis 18 65, 1866, 1870, 1871 enata.
5. *M. hirsuta* R. Br. e sporis Australiensibus 1870 (conf. supra).
6. *M.* (*Drummondii*) *macra* A. Br. ind. sem. hort. Ber. 1867. app. p. 3; Monatsber. d. Akad. 1870, p. 663 et 785. E fructibus in Australia lectis et a cl. F. v. Müller nobiscum communicatis a. 1866 educata.
7. *M.* (*Drummondii*) *Nardu* A. Br. Monatsber. d' Akad. 1870, p. 736; *M. Drummondii var. orientalis* ib. p. 662. Ab anno 1863 e fructibus ad fluvium „Darling" lectis culta.
8. *M.* (*Drummondii*) *salvatrix* Hanst., A. Br. l. c. Eodem cum praecedente tempore culta e fructibus in loco „Cooper's Creek" lectis.
9. *M.* (*Drummondii*) *elata* A. Br. ind. sem. hort. Ber. 1867, app. p. 3; Monatsber. 1870, p. 662, 739. E fructibus in expeditione Mc Kinley 1861 — 62 lectis inde ab anno 1864 quotannis culta.
10. *M. vestita* Hook. et Grev. Fructus maturos a cl. E. Hall in Oregon 1871 lectos misit A. Gray, quorum sporae vere 1872 optime germinaverunt.
11. *M. Aegyptiaca* W. Cahirae lecta ab anno 1855 in horto uberrime vegetat, sed hucusque sterilis permansit.
12. *M. Ernesti* A. Br., Caracasana, ab anno 1870 culta (conf. supra).
13. *M. Coromandeliana* W., ab anno 1870 culta, orta e sporis fructuum a. 1845 a cl. Thomson prope Madras collectorum.
14. *Pilularia globulifera* L. e Flora Berolinensi in hortum translata.
15. *P. Americana* A. Br. Monatsber. d. Akad. 1863, p. 435; 1870, p. 660, 721, 252. E sporis speciminis Valdiviani a cl. Philippi 1869 lecti anno 1870 culta, primo anno sterilis, secundo (1871) fructifera.
16. *P. minuta* Durieu, e sporis plantulae a cl. auctore 1844 prope Oran lecta primum 1847 in horto Friburgensi, serius in horto Berol. aliisque hortis culta.

Alias etiam quam plurimas hujus familiae species in horto vivas observare quam maxime desideramus, in primis *Marsiliam erosam* in India orientali divulgatam, *M. polycarpam* Americae australis, *Marsilias* Texanas, species numerosas in Senegambia indigenas. Omnibus igitur, quibus *Marsilias* in patria colligere liceat, fructus prorsus maturos colligendos commendamus.

(A. Br.)

A. Braun, horti director. **C. Koch,** horto adjunctus. **P. Ascherson,** horto assistens. **C. Bouché,** horti inspector.

(Typis absol. 30. Apr. 1872.)

◆

Typis C. Feisteri (L. Mewesii) Berolinensis.

THE
George Engelmann
LIBRARY.

Appendix observationum botanicarum
ad indicem seminum in horto Berolinensi
anno 1872 collectorum

auctoribus A. Braun, P. Ascherson, C. Bouché, I. Urban, W. Vatke.

AMARANTUS CAUDATUS L.

Notissima et in hortis vulgatissima haec species praeter habitum satis notum ab omnibus congeneribus eximie differt seminum forma et colore; id quod veteribus haud incognitum erat, ut e synonymis Barrelieri a Willdenowio (histor. Amarantorum p. 36) citatis perspicitur. Infauste cl. Moquin, ***Amarantacearum*** monographus, in Candollei prodromo syst. nat. (XIII. II. 255), neglecta hac nota in distinguendis hujus generis speciebus principali, duas species habitu quidem similes, sed seminum indole distinctissimas, confudit, quarum alteram infra describendam e seminibus Abyssinicis 1871 in horto educare et per biennium observare licuit.

Amaranti caudati genuini semen ut in reliquis quidem speciebus orbiculare et compressum, neque vero lentis instar margine attenuatum et acutiusculum, sed potius truncato-obtusatum, zona s. vitta marginali latiuscula et parum convexa discum versus distincte limitata instructum.

Discus pallidus (dilute luteo-albus) subopacus; zona marginalis carnea vel purpurascens; nonnunquam, si auctoribus fides tribuenda, semen totum albidum. Zonae pars hilum spectans (cotyledonibus embryonis contigua) latior, medio carina humili obtusiuscula percursa, caeterum planiuscula et utrinque (in statu sicco) leviter scrobiculata, a disco linea acute prominula separata, intensius colorata; pars micropylen spectans (cauliculo respondens) angustior, carina magis prominente percursa, utrinque declivis, subscrobiculata linea haud prominente a disco distincta, prope micropylen sensim expallens vel omnino decolorata. Sectio seminis testam monstrat omni parte pallidam et diaphanam et embryonem (perispermium album cingentem) rubro coloratum, cotyledonibus intensius purpurascentibus, cauliculo versus basin (radiculam) sensim decolorato.

Quoad habitum et florescentiam formae (vix varietates) distinguendae sunt:

a. ***vulgaris***, humilior et praecocior, foliis minoribus et obtusioribus, spica terminali crasse caudata et longissime pendula;
  α. floribus purpurascentibus vel carneis;
  β. floribus albidis: ***A. caudatus β. albiflorus*** Moq. l. c. 255.

b. ***maximus***, serotinus, altitudine nonnunquam »orgyiali« (Willd.) vel »arborea« (Moq.), foliis majoribus apicem versus magis angustatis, spica terminali plerumque graciliori, lateralibus crebrioribus magis elongatis et densius aggregatis. ***A. maximus*** Mill. dict. I. 135; ***A. caudatus β. maximus*** W. hist. 36; ***A. caud. γ. max.*** Moq. l. c. 256; ***Blitum maximum*** C. Bauh. pin. 120; ***Blit. max. s. Amarantus major, semine albo*** (?) J. Bauh. II. 968; ***Amarantus major, serotinus, arborescens, nutantibus roseis flagellis, semine carneo*** (!) Barrel. icon. 664.

Formam b. vivam nondum vidimus, quae secundum exempla in herbario regio asservata olim in horto Berolinensi colebatur. Alia iis simillima, sed propter seminum defectum minus certa adsunt ex horto Göttingensi sub nomine ***Amaranti purpurascentis*** Schrad. (ined.?). Monente Willdenowio forma major a Millero specie distincta sensim in minorem degener

AMARANTUS ALOPECURUS Hochst.

Schimp. Fl. Abyss. exsicc. No. 1077, 1535 (nec non 359, sed sine nomine et 1513 sub nomine erroneo ***Am. caudati***); ***A. caudatus β. Alopecurus*** Moq. l. c.

Semen quam in *A. caudato* paullo majus, totum nigrum, nitidissimum, exacte lenticulare, margine acutum et prope marginem evidentius compressum (sectione transversa utrinque acuminata). Discus (pars media utriusque lateris) laevissimus; zona marginalis discum versus obscure limitata, hilo interrupta, longitudinaliter (respectu disci concentrice) tenuissime et inconspicue striolata. Testa detracta et luci obversa parum diaphana, fusco-purpurea. Embryo carneus, cotyledonibus quam in praecedente angustioribus.

Reliquis notis cum ***A. caudato*** satis convenit. Plerumque robustior, folia saepe majora, nervis in pagina inferiore paullo magis prominulis. Spica terminalis plerumque minus elongata; spicae laterales crebriores et longiores. Caulis glabriusculus vel parce pilis contortis adspersus; rhachis inflorescentiae pilis crispulis laxe induta. Folia ovata, apicem versus plus minus acuminata, ipso apice obtusiuscula et mucronata, basi attenuata, glabra vel subtus ad nervos parce pilosa, viridia. Inflorescentia cernua aut pendula. Spicae e glomerulis multifloris, rotundatis, praeter infimos confluentibus constantes. Bracteae molliter aristatae, non pungentes, flores vix aut paullo tantum superantes. Sepala late oblonga brevissime cuspidata. Capsula calycem exsuperans, longitudinaliter rugosa, cornubus tribus patulis coronata.

Inter exempla spontanea a cl. Schimpero prope Adoam Abyssiniae lecta nonnulla adsunt cum ipsa radice evulsa pedem unum vel duos altitudine non excedentia, ***Amar. caudatum*** vulgarem statura et habitu aemulantia; alia, ramos avulsos tantum sistentia staturam multo majorem indicantia. E seminibus a Schimpero 1870 missis in horto plantae giganteae, robustissimae, sero autumno florentes prodierunt, ***Am. caudato maximo*** respondentes. Quarum una dimensiones praebuit sequentes: Altitudo caulis 2 met., diameter caulis prope radicem 0,12 m., 0,5 met. supra basin 0,10 m., 1 met. supr. bas. 0,04 m., 1,5 met. supr. bas. 0,025 met. Rami majores erecto-patentes aderant 15, inferiores ad basin 0,04 m. crassi. (Foliorum dispositio ad $\frac{2}{5}$, superne inflorescentiam versus ad $\frac{5}{13}$; rami poecilodromi.) Quoad florum colorem variat:

*α. **purpurascens*** et
*β. **virescens**.*

Observ. 1. De patria et distributione hujus speciei praeter locum Schimperianum nihil certi afferendum est, monendum autem in Abyssinia alias quoque species obvenire. ***Am. caudatum*** genuinum in regione ***Choa*** lectum vidimus ex herbario A. Richard; ***Amaranti*** sp. ad Matamma in prov. Gallabat a Cl. Schweinfurth lecta ad ***A. sanguineum*** pertinere videtur.

Observ. 2. ***Amarantum Alopecurum*** ab ***A. caudato*** optime distinctum esse extra dubium est; utrum vero ab aliis speciebus jam cognitis, seminibus nigris nitentibus praeditis, adeo differat, ut speciei dignitatem praetendere possit, ulteriori examini subjiciendum est. Etenim species hujus consortii, scilicet ***A. cruentus, sanguineus, atropurpureus, speciosus, panniculatus, strictus, flavus, hypochondriacus, hybridus*** hucusque valde intricatae sunt, vix aliis notis praeter habitum ab auctoribus distinctae.

Observ. 3. ***A. Caracasanus*** Kunth in Humb. et Bonpl. nov. gen. (Moq. l. c. 257) secundum specimen originale in herbario Willdenowiano asservatum et ***A. tortuosus*** Horn. hort. Hafn. (Moq. l. c. 265) secundum exempla in variis hortis sub hoc nomine culta ab ***A. tristi*** L. non differunt.

Observ. 4. Formae giganteae ***Amarantorum*** in hortis nostris e seminibus sub coelo calidiori et sicciori maturatis, calore temperato et pluviarum copia evolutionem vegetativam augente, saepius enasci videntur. Adsunt in herbario regio sub nomine ***A. speciosi*** Sims rami florentes ***Amaranti*** cujusdam anno 1827 e seminibus Chilensibus a Poeppigio datis culti, cui in schedula adjecta caulis 16 (!) pedes altus et diametro quadripollicari gaudens adscribitur.

(A. Br. et Bouché.)

ATRIPLEX LACINIATUM L.

Atriplex laciniata L. Spec. pl. ed. I. p. 1053 no. 5 (excl. syn. Fl. Suec.) et herb.! Fl. Dan. tab. 1284! non L. Fl. suec. II. nec Koch syn. nec Moq. Tand. in Dec. Prodr. XIII. II. p. 93.
A. arenaria Woods in Babingt. Man. of brit. bot. ed. III. p. 271; Lange Haandb. i. d. danske Flora III. Udg. p. 710.
A. crassifolia Gren. in Godr. et Gren. Fl. de Fr. III. p. 10 (excl. pl. mediterranea?) non C. A. Mey. nec Fr.
A. maritimum Hallier Botan. Zeit. v. Mohl u. v. Schlechtd. 1863 Beil. p. 10.
Obione laciniata Nolte in litt. ad Cl. A. Braun.

Species Europae magis occidentalis maritima, (Americana mihi nondum rite cognita), ut videtur maris Germanici et Oceani Atlantici oris propria, a Cl. Grenier. Lange, Hallier l. c. bene distincta, ex exemplo herbarii Linnaeani cum diagnosi congruente veram sistit ***A. laciniatam***, primitus in horto Cliffortiano p. 469 sub titulo ***A. caule annuo, foliis deltoideo-lanceolatis obtuse dentatis, subtus farinaceis***, propositam, jam in Fl. Suec. ed. I. et spec. plant. ed. I. infauste cum planta Lechei (Fl. Scan. p. 20 = ***A. calotheca*** (Rafn.) Fr.), postea in Florae Suecicae ed. II. hoc nomine descripta confusam (conf. Fries Mant. III. pag. 164. 165).

Cl. Nolte, cujus benignitati semina in insula Foehr Slesvigiae orae occidentali vicina (unde iconis Fl. Dan. archetypon) collecta debemus, speciem nostram ad ***Obiones*** genus amandandam censet, cui certe sect. ***Obionopsis*** Lange (l. c. = ***Sclerocalymma*** Aschs. Fl. der Prov. Brand. I. p. 578) quodammodo accedit; de ***Atriplicearum*** autem distinctione generica, speciebus plerisque exoticis nondum rite perquisitis, in dubio relinquimur. Recte quidem Cl. Lange (Bot. Tidskr. I. p. 13 (1866) sect. ***Dichospermum*** Dumort. eodem jure, quo ***Obionen*** ab ***Atriplice***, ab aliis ***Atriplicis*** speciebus separandam esse contendit, quocum ultro consentiens, Cl. Celakovsky (Prodr. der Flora von Böhmen pag. 147 1872) ***Atriplicem*** L. sensu restr. (= ***Dichospermum*** Dumt.) et ***Schizothecam*** C. A. Mey. (= ***Teutliopsis*** Dumt., nomen a Cl. Bohemiae phytographo postea in Oestr. bot. Zeitschr. 1872 p. 168 praelaetum) generum dignitate proposuit. At re non plane perspecta, nomina generica usitata mutare nolumus.

Atriplex laciniata Koch syn. ed. II. p. 703; Moq. Tand. in Dec. Prod. XIII. II. p. 93; Gren. l. c. p. 11. omnium phytographorum recentiorum, species est inflorescentia elongata efoliata statim a nostra dignoscenda, Europae austro-orientali solemnis, in Hungaria, Austria inferiore, Moravia australi vulgatissima, in Bohemia calidiore satis frequens, nuper, commercio navali et terrestri transportata, nonnullis Germaniae boreali-orientalis locis ut pr. Ratiboram (Heuser!), Regimontum (Baenitz!), Sedinum (Seehaus!), Dresdam (Sanio) inquilina, quae ex exemplo herbarii Linnaeani veram sistit ***A. tataricam*** Sp. pl. ed. I. p. 1053 no. 3, a Linnaeo e Rossia australi acceptam et in horto Upsaliensi excultam, etiam a Willdenowio (Sp. pl. IV. p. 961. herb. No. 18918!) sub eodem nomine descriptam.

Quam ad speciem pertinet ut forma maritima, parum a typo recedens, ***A. veneta*** Willd. Sp. pl. IV. p. 962 herb. No. 18922!, in oris maris Mediterranei longe divulgata, Venetiis hodie etiam vulgatissima, ut ex exemplis numerosis a Cl. Bolle collectis experti sumus.

Locus Warnemünde a Cl. Kochio pro ***A. laciniata*** sua laudatus, nobis dubius. Nuper in herbario Cl. Uechtritzii exempla ***A. Babingtonii*** Woods in Bab. Man. 270, = ***A. crassifolia*** Fries Mant. III p. 163 Summ. veg. p. 201 non C. A. Mey. ibi lecta vidimus, formae inter sectiones ***Obionopsis et Teutliopsis*** Lge.

intermediae, herba cum hac, cum illa prophyllorum fabrica congruentis, saepe cum ***A. laciniata*** vera confusae, cujus descriptionem conferas apud Lange (l. c. p. 712) et Marsson (Flora v. Neuvorpommern p. 397).

Atriplex laciniatum verum, species apud nos nisi in insulis maris Germanici, nonnullis non observatam, in illa, quae •Helgolander Düne• audit, frequentissimam, Cl. Koch e Germania non cognovit.

A. tatarica Schkuhr bot. Handb. IV. p. 331. tab. CCCXLIX., Koch syn. ed. II. p. 701. Moq. Tand. l. c. p. 96, fere omnium phytographorum recentiorum, stirps et ipsa Europae magis orientali propria, nuper in Marchia Brandenburgensi a nobis in ripa Wartae in urbe Landsberg, a Cel. Franke ad Oderam pr. Krossen inventa, inflorescentia laxiore et prophyllis rotundatis ab ***A. patulae*** L. vulgatissimae et polymorphae formis aegre distinguenda. ***A. oblongifolium*** W. K. (***Schizotheca*** et ***Teutliopsis oblongifolia*** Cel.) audiat. (Aschs.)

HIERACIUM GARCKEANUM Aschs.

Plantam in ind. seminum horti Berolinensis 1869 pag. 24 a nobis hoc nomine propositam, pro ***H. praealti*** et ***tridentati*** hybrida progenie habitam, primus Cl. C. Koch, deinde Cl. El. Fries, ***Hieraciorum*** monographus peritissimus, et Cl. R. v. Uechtritz, in ejusdem generis speciebus cognoscendis maxime versatus, pro ***H. tridentati*** forma singulariter monstrosa declaraverunt.

Cl. Celakovsky quoque, Bohemiae plantarum illustratori clarissimo (Prodr. der Flora v. Böhmen pag. 204 (1872), idem placuit, qui formam ***H. tridentati*** ad nostram quodammodo accedentem a Cl. J. Knaf ad Kommotau Bohemiae septentrionalis lectam cognovit et similem ***H. murorum*** L. transformationem in monte Hochwald ad Gratzen Bohemiae meridionalis ipse observavit.

Interpretationem nostram, dubiis a viris clarissimis iisque peritissimis propositis labefactam Caroli Knaf, Pragensis, adolescentis oculatissimi, patris Josephi de flora Bohemica optime meriti vestigia summa cum laude sequentis, inventum prorsus defecit, qui in Sudetorum monte Ziegenrücken aestate praeterlapsa eodem loco quattuor ***Hieracii*** species, ***H. Pilosellam*** L., ***H. alpinum*** L., ***H. murorum*** L., ***H. vulgatum*** Fr. scilicet, quibus adjecto ***H. tridentato*** omnes generis sectiones primariae repraesentantur, pari metamorphosi affectas offendit.

Quae transformatio singularis, quam microcladiae (a *μιϰρός* parvus et *ϰλάδος* ramus) nomine designare liceat, hasce notas praebet constanter conjunctas:

1) Ramos numerosos e foliorum basilarium axillis ortos, interdum iterum e basi ramosos, teneros, graciles, foliis frondosis solito multo minoribus praeditos.
2) Caules solito multo magis ramosos, ramis virgatim elongatis.
3) Capitula solito numerosiora, longe minora.
4) Corollarum ligulam (ubi eas observare licuit) tubulose convolutam.

Hieracium Garckeanum ergo nihil aliud est nisi ***H. tridentati*** forma microclada. Metamorphosin illam sane notabilem phytographis in aliis speciebus observandam et forte explicandam commendamus. (Aschs.)

Cl. Urban et Vatke sequentes observationes nobiscum communicaverant:

MEDICAGO HISPIDA (Gärtn. em.) Urb.

Herba inferne glabra, superne pilosula; stipulae lacinulato-dentatae; foliola obovato- vel obcordato-cuneata, superne glabra, non maculata. Dentes calycini tubum aequantes vel plerumque sesquilongiores; carina alis brevior. Legumen junius post anthesin lateraliter inter dentes calycinos se contorquens, non in calycem retractum. Gyri demum laxe sibi incumbentes vel distantes; venae e sutura interiore paullulum oblique exeuntes aut statim aut ante ipsum nervum lateralem confluentes; sulcus inter aculeorum insertionem et nervum lateralem et e leguminis facie et e sutura exteriori conspicuus; aculei in fructu maturo etiam bicrures, profunde sulcati, interdum plane deficientes. Legumen inter semina spongioso-septatum. Radicula semen dimidium subaequans.

Species variat inflorescentia 2-10 flora, leguminis dimensione, gyrorum numero et distantia, aculeorum longitudine, faciei leguminis nervatione, seminis forma. Varietates sequentes sedulo observatas serie formarum intermediarum continua conjunctas hic proponimus:

A. ***microcarpa*** Urb. Gyri medii diameter 4-6 mm.; venae e sutura interiore prodeuntes demum nervum lateralem versus anastomosantes; semina subreniformi-arcuata.

a) ***oligogyra*** Urb. Gyri $1\frac{1}{2}$-$3\frac{1}{2}$.

α) ***tuberculata*** (Godr.) Urb. Legumen inerme vel tuberculis obtusis obsitum.

M. confinis Koch in lit. ad amic. Syn. ed. I p. 164.
M. apiculata β confinis Koch Syn. ed. I p. 164.
M. polycarpa α tuberculata Godr. in Gren. et Godr. Fl. de Fr. I p. 389.
M. Berteroana Mor. Ann. di stor. nat. IV. 59!
M. Berteriana hort. nonnull.

β) ***apiculata*** (Willd.) Urb. Aculei crassitiem spirae longitudine aequantes.

M. coronata Gärtn. Fr. II p. 349 tab. 155!
M. apiculata Willd. Sp. pl. III p. 1414. herb. no. 14326 excl. fol. 3!
M. denticulata α brevispina Benth. cat. 103.
M. sardoa Mor. Elench. 1 p. 15.
M. denticulata α tuberculata Mor. Fl. sard. I p. 447. tab. 47!
M. polycarpa β apiculata Godr. et Gren. Fl. de Fr. I p. 389.
M. Terebellum β Bert. Fl. Ital. VIII p. 280.
M. denticulata δ apiculata Boiss. Flor. orient. II p. 102.
M. heterocarpa hort. nonnull. non Spach.

γ. ***denticulata*** (Willd. em.) Urb. Aculei crassitie spirae longiores.

M. hispida Gaert. II p. 349 tab. 155!
M. denticulata Willd. Sp. pl. III p. 1414. herb. no. 14327!
M. polycarpa Willd. en. Berol. suppl. p. 52. herb. no. 14339!
M. persica Fisch. cat. gorenk. 1812 p. 69.
M. caspica Jacq. ex Spreng. nov. provent. p. 27.
M. neurocarpos Kunze „Syn. pl. Am. austr. msc. diar. 244,“ in sched. coll. Pöppig!
M. gracillima Tin. ined. in herb. bot. pan. (Spiris 1-2, aculeis dimid. diam. legum. longioribus.) Tod. Flor. Sic. exsic. n. 850!
M. denticulata α genuina Boiss. Flor. orient. II p. 102.
M. stricta Wallr. herb.

b) ***polygyra*** Urb. Gyri 4-6.
α) ***inermis*** Urb. Legumina inermia.
M. reticulata Benth. cat. pl. p. 101.
β) ***aculeata*** Urb. Legumina aculeata.
B. ***macrocarpa*** Urb. Gyri medii diameter 7-10 mm. Venae e sutura interiore prodeuntes plerumque mox anastomosantes. Semina minus arcuata.
a) ***trigyra*** Urb. Gyri $1\frac{1}{2}$-4.
α) ***microdon*** (Ehrenb.) Urb. Aculei crassitiem spirae longitudine vix superantes vel breviores.
M. microdon Ehrenb.! in cat. sem. h. berol. 1827.
M. obscura β microdon Vis. Fl. Dalm. III. p. 283.
M. catalonica hort. nonnull. non Schrk.
M. mitra herb. Willd. No. 14332!
β) ***longispina*** Urb. Aculei crassitiem spirae longitudine multo superantes.
M. lappacea Desr. in Lmk. Encycl. III p. 638.
M. ciliaris Sav. Due cent. p. 148. non Willd.
M. muricata All. herb. part. ex Mor. l. c.
M. distans Poir. dict. enc. suppl. III p. 526.
M. flexuosa Ten. Fl. Nap. V p. 166.
M. denticulata β lappacea Benth. cat. 103.
M. lappacea b. *paucigyrosa* Guss. Fl. Sic. Syn. II p. 366.
M. lappacea α tricycla Godr. in Gren. et Godr. Fl. d. Fr. I p. 390.
M. denticulata Bert. Fl. Ital. VIII p. 275.
M. muricoleptis hort. nonnull. non Tin.
M. uncinata hort. nonnull. non Willd.
b) ***pentagyra*** Urb. Gyri 5-6.
α) ***breviaculeata*** Urb. Aculei crassitiem spirae vix superantes vel breviores.
M. conica Schkuhr Bot. Handb. II. p. 420 tab. 212b.
M. Terebellum Willd. Sp. pl. III p. 1416. Herb. Willd. No. 14331!
M. muricata Lej. Fl. de Spa II p. 123.
M. lappacea β brachyacantha Lowe Fl. Mad. I. p. 159.
β) ***longeaculeata*** Urb. Aculei crassitiem spirae longitudine multo superantes.
M. nigra Willd. Sp. pl. III p. 1418. herb. no. 14341!
M. pentacycla Dec. cat. monsp. p. 124.
M. Histrix Ten. Fl. Nap. IV p. 109.
M. denticulata β macrantha Webb. Hist. Canar. III. 2. p. 64.
M denticulata γ macrocarpa Mor. et de Not. Fl. Capr. p. 35.
M. lappacea β pentacycla Godr. et Gren. Fl. de Fr. I p. 390.
M. denticulata γ Histrix Vis. Fl. Dalm. III p. 181.
M. lappacea α macrantha Lowe Fl. Madeir. I. p. 158.
M. denticulata γ pentacycla Boiss. Fl. or. II p. 102.
M. aegagropila hort. nonnull. (Desv.?)

Observ. Spira in formis omnibus hucusque observatis dextrorsa. (Urban.)

ACACIA GENISTIFOLIA Lk.!

En. II. p. 442! (1822)

ex horto Berolinensi primum descripta, illustri Bentham in Flora Austral. dubia species, eadem, quae *A. diffusa* Lindl. Bot. Reg. t. 634. (Kal. Jul. 1822 edita). Nomen Linkianum verisimiliter prioritate gaudet, sed quo die opus ejus editum sit, e praefatione non patet.

EUCALYPTUS PERFOLIATA Desf.

Cat. hort. Par. ed. 3. p. 408! (1829)

ibidem dubia civis, e phrasi cl. auctoris nimis brevi neutiquam recognoscenda, est fide speciminis in herbario Kunthiano asservati temporibus Fontanesii culti, neque minus alterius anno 1845 a cl. Verreaux in Tasmania lecti, a museo Parisiensi hoc nomine cum Berolinensi communicati eadem cum *E. Risdoni* Hook. fil.!, etiam a cl. S. Schauer, Myrtacearum xerocarpicarum monographo in herb. reg. Berol. olim nomine inedito inedendo salutata.

VIBURNUM DELICATULUM Vatke

Bot. Ztg. 1872. n. 40. (4. Oct. ed.) adde syn. *V. multratum* C. Koch Dendrologie II. 1. p. 54 (mense Nov. 1872 ed.).

Nomen hortense a cl. auctore dendrologiae admissum rejeci, quia linguae latinae alienum est et omni significatione caret.

EUPATORIUM MICRANTHUM Less.

in Linnaea 1830. p. 138!; DC. prodr. V, p 154 n. 83

(nescio an etiam homonymon Lagascae), ad plantam Schiedeanam herbarii regii Berolinensis olim primum descriptum, monente jam divo C. H. Schultz Bip. in schedula non differt ab *E. ligustrino* DC. prodr. V. p. 180 n. 263.

Nomen Lessingianum prioritate gaudens, a Candolleo admissum, restituendum, donec innotuerit stirps illa Lagascana, et synonyma a me jam in bot. Ztg. l. c. collata speciei huicce adscribenda. Synonymis adhuc addendum *Eup.* seu *Ageratum genitro*; hoc enim nomine cujus sensus mihi latet, in horto nostro occurrit.

BERBERIS DEALBATA Lindl.

Bot. Reg. t. 1750 (Kal. Apr. 1835 ed.).

Inde ab anno 1843 Berolini culta, ab auctore dicitur stirps patriae mexicanae; sed in collectionibus hujus plagae mihi obviam non venit, bis vero eandem certe jam vidi in herbariis Chilensibus. Et primum quidem jam a cl. Bertero lectam et anno 1830 cum divo Kunthio communicatam *B. ilicifoliae* Forst. nomine, quod esse erroneum adnotavit Berberidaceas Americae meridionalis revolvens cl. Eichler, sed *B. dealbata* Lindl. illi ignota erat aeque ac *B. Chilensis* Gill., quo nomine inscriptam nuperius misit cl. Philippi prope Santiago lectam.

Cl. Gillies (in Hook. Bot. Misc. 3. p. 135, 1833) *B. Chilensi* suae jam adscripsit synonymon *B. ilicifolia* Bertero (non Forst.) cui addendum alterum *B. dealbata* Lindl. Itaque patria huic a Lindleyo tributa verisimillime falsa, cum typi florae Mexicanae et Chilenae rarissime sint iidem.

TRIXIS EHRENBERGII Kze.

pugill. pl. ined. I. p. 9 ex Walp. rep. I. p. 682.

Ex specimine hoc nomine in horto culto, in quod descriptio Kunzeana bene quadrat, nullo modo differt a *T. frutescente* DC. prodr. VII. p. 68, stirpe in America calidiore non rara. Adsunt in herbario regio exemplaria duo a cl. C. Ehrenberg in Mexico collecta (num. 703 et 953) jam a cl. C. H. Schultz Bip. ad ***T. frutescentem*** relata, quae species prioritatis jure ***T. radicalis*** (***Perdicium*** L.) salutanda est.

SCUTELLARIA COSTARICANA Wendl. fil.

in horto nostro culta ab auctoribus quibusdam cum ***S. Moçiniana*** Benth. confundebatur, a qua (spontaneam siccatam tantum vidi) habitu diversissima, sequentibus distinguenda: Foliis breviter petiolatis, petiolo lamina 5-6plo breviore, basi leviter cordatis, racemo subsecundo denso floribundo, corollis calyce sub 10plo longioribus, staminibus subinclusis.

Folia plantae spontaneae (de Warscewicz! n. 12 et 13 in herb. reg. Berol.) quam cultae multo minus acuminata.

Contra ***S. Moçiniana*** Benth. (Schiede n. 156) diversa:

Foliis longe petiolatis, lamina petiolum 3½plo superante, basi attenuatis vix cordatis, racemo secundo laxo paucifloro, corollis calyce 6tuplo longioribus, staminibus subexsertis.

Liceat data hac occasione etiam aliam novo nomine salutare stirpem e Costarica ortam, olim ab indefesso de Warscewicz in sicco reportatam, quae nondum, quantum scio, in hortos est introducta, scilicet:

HYDRANGEA WARSCEWICZII Vatke in herb. reg. Berol.

e descriptione vix non ***Cornidia radiata*** Oersted, quod nomen mutandum ob antiquiorem ***H. radiatam*** Walt.; species haecce floribus marginalibus radiantibus ***Hydrangeas*** genuinas Americae septentrionalis cum ***Cornidiis*** Americae australis conjungit.

SALVIA MICROPHYLLA Kth.!

in H. et B. nov. gen. et spec. Amer. 2. p. 294

est meo judicio species ***S. dulcis*** nomine in hortis antiquitus culta, a cl. Regel (Gtfl. 7. p. 361) ad ***S. obtusam*** M. et G. relata. Cum specimine Humboldtiano ***S. microphyllae*** (***S. pauciflora*** Willd. herb. fol. 525!) convenit, quantumvis differat descriptio Benthamiana.

CYPERUS BRAUNII Vatke

in C. Koch Wochschr. 13. Jul. 1872.

Denuo comparatis speciminibus a ***C. albostriato*** Schrad. non differt.

(Vatke.)

Typis C. Feisteri (L. Mewesii) Berolinensis.

APPENDIX ALTERA AD INDICEM SEMINUM
IN HORTO BOTANICO BEROLINENSI ANNO 1873 COLLECTORUM.

AMERICANI GENERIS CUPHEAE

species quae in hortis coluntur in ordine systematico enumerantur ab Aemilio Koehne, adiecto synonymorum indice alphabetico.

(Multarum rerum, quae in hoc conspectu adhuc dubiae et forsan erroneae sunt, emendationes gratissimo animo accipiet auctor.)

I. SUBG. LYTHROCUPHEA.

Rami supremi plerumque internodio insequenti adnati („extraaxillares"), inferiores saepissime axillares. Pedicelli plerumque oppositi, prophyllis semper fere deficientibus. Calyces parvuli, 4—10, raro —14$^{\text{mm.}}$ longi, basi gibbi, raro calcarati, dentibus accessoriis vix unquam conspicuis. Petala 6, rarissime 4. Filamenta 11, quorum 9 anteriora plerumque aequalia. Nectarium interdum cupuliforme.

(Adn. Si flores alterni sunt, nectarium est cupuliforme, si filamenta alterne inaequalia, aut nectarium cupuliforme, aut flores oppositi sunt.)

Species 24, diversis in locis crescentes.

1. ***C. spicata Cav.*** Petala 2 dorsalia anterioribus paulo maiora. Folia petiolata. Ovula 20—140. (Haec species an vere in hortis colitur?)

2. ***C. parviflora Hook.*** Petala 2 dorsalia anterioribus minora. Filamenta 9 anteriora aequalia, inclusa. Folia subsessilia. Ovula 10—12.

3. ***C. hirtella H. B. K.*** Petala ut in 2. Filamenta alterne inaequalia, quorum 5 vix exserta. Folia vix petiolulata. Ovula 10—20.

II. SUBG. EUCUPHEA.

Rami nunquam extraaxillares. Pedicelli inter folia opposita (solitarii) alterni, rarissime oppositi, ad verticilla terna gemini, ad quaterna terni, semper prophyllis, quamvis saepe minimis, instructi. Calyces saepissime calcarati, dentibus accessoriis plus minus conspicuis. Filamenta semper alterne inaequalia. Nectarium nunquam cupuliforme.

(Adn. Flores, si oppositi, maximi atque apetali sunt.)

1. Sect. BALSAMONA.

Calyx parvus, 3—13$^{\text{mm.}}$ longus, intus haud bicostatus, calcare raro ascendente, dente superiore ceteros nunquam valde superante, dentibus accessoriis brevibus. Petala 6, haud valde inaequalia: posteriora 2 ceteris nunc maiora, nunc minora. Stamina 11, raro 6 vel 4; raro filamenta quidem 11, sed antherae 9, duabus obsoletis; semper infra superiorem quartam calycis partem inserta, inclusa aut breviter exserta. Ovula 23—3, rarissime 2. — Species nulla in hortis.

Subs. Melanium. Species 17, quae diversis in locis crescunt.

Subs. Hilairea. Species 48, quarum 1 in regno mejicano, 43 in Brasilia, 4 in locis proxime affinibus crescunt.

2. Sect. HETERODON.

Calycis intus haud bicostati, 10—40, rarius 5—10$^{\text{mm.}}$ longi, dens superior ceteros valde superans, dentes accessorii breves, calcar rarissime ascendens. Petala 6, raro subaequalia, duobus posterioribus rarissime ceteris paulo minoribus, plerumque valde inaequalia, 2 posterioribus maioribus; saepius 2. Filamenta 11: 9 longiorum posteriora 2 dense (saepe antheris occultis) barbata, tanquam penicilliformia, rarissime subglabra; omnia ad superiorem tertiam—quintam calycis partem inserta, nunc inclusa, nunc exteriora exserta. Stylus ovario circiter aequalis vel dimidio, rarius fere triplo longior. Ovula 35—3. — Species 13, quarum 12 (11?) mejicanae.

4. ***C. viscosissima Jacq.****) Petala 6, inaequalia, parva, oblonga vel obovato-oblonga. Nectarium tenue, complanatum, oblongum, deflexum, apice incurvum. Filamenta inclusa. Calyx 9—13$^{\text{mm.}}$ longus, fructifer ore valde contractus. Stylus ovarium longitudine aequans, stigmate bilobo. Ovula 7—13. Pedicelli 2—3$^{\text{mm.}}$ longi; inflorescentia ramulis alternis, abbreviatis superne plus minus composita.

5. ***C. lanceolata Ait. cum var. silenoide (Nees).*** Petala 6, magna, plus minus orbicularia, duobus cetera valde superantibus. Nectarium ut in 4, sed interdum crassius. Filamenta 5 (praecipue penicilliformia) breviter exserta. Calyx 16—24$^{\text{mm.}}$ longus, angustus. Stylus ovario duplo fere longior. Ovula 9—21. Pedicelli 2—15$^{\text{mm.}}$ longi. Inflorescentia ut in 4.

6. ***C. procumbens Cav.*** Petala 6, oblonga vel obovata, multo maiora quam in 4. Nectarium subcordato-globosum, crassissimum. Filamenta penicilliformia 2, rarius 4, subexserta, summo tantum apice barbata. Calyx 12—21$^{\text{mm.}}$ longus, crassus. Stylus ovarium longitudine circiter aequans. Ovula 11—33. Inflorescentias ramis omnibus elongatis, floribus inde solitariis, simplices dicas.

***C. procumbens* ♂ × *miniata* ♀.** Petala 6, valde inaequalia, ut omnia cetera inter parentes intermedia, nunc huic nunc illi similiora.

7. ***C. miniata A. Brongn.*** Petala 2.

C. ignea × miniata. Petala 6, quorum 4 minima. Folia iis C. miniatae simillima; flores C. miniatae quam C. igneae multo similiores.

3. Sect. MELVILLA.

Calycis intus haud bicostati, 17—34, rarius 13—17$^{\text{mm.}}$ longi, dentes interiores plerumque aequales (raro posteriore maiore), accessorii eosdem saepe superantes, calcar raro ascendens, saepius deficiens. Petala 2, aut 6, quorum 4 anteriora multo minora, aut 6 comparato calyce minima subaequalia, aut 0. Stamina 11, rarius 9, summo calyci inserta, exteriora semper (?) plus minus exserta, interiora plerumque inclusa, nulla (exc. in *C. aequipetala*) penicilliformia. Stylus ovario rarius dimidio, plerumque duplo-quadruplo longior. Ovula 5—23, interdum 45—120. — Species 23, quarum 7 brasilienses, 15 mejicanae.

8. ***C. aequipetala Cav.*** Petala 6 magna subaequalia. Filamenta 2 inferne barbata. Dens calycis superior ceteris paulo maior; (species igitur inter sectiones 2. et 3. intermedia). Ovarium haud strumosum, ovula 12—23. Flores alterni.

C. ignea × aequipetala. Petala 6, minora quam in 8, magis inaequalia. Inter parentes intermedia, sed *aequipetalae* similior.

9. ***C. ignea A. DC.*** Petala 0. Dentes calycini

---

*) Adn. Haec species num vere in regno mejicano et in America meridionali crescat, dubitandum est; exemplaria nisi boreali-americana non vidi.

accessorii obsoleti, interiores longe ciliati, brevissimi. Ovarium haud strumosum, ovula 14—20. Flores alterni.

10. ***C. micropetala* H. B. K.** Petala 6, minima, inclusa! Dentes calycini accessorii glanduloso-ciliati. Ovarium infra stylum strumosum. Ovula circ. 90—120. Flores alterni.

11. ***C. Melvilla* Lindl.** Petala 0. Dentes calycini accessorii interioribus brevissimis longiores, parce setoso-ciliati. Ovarium haud strumosum. Ovula circ. 80. Flores in racemo terminali oppositi.

4. *Sect.* *DIPLOPTYCHIA.*

Calyx intus costis duabus longitudinalibus, a staminibus 2 brevibus decurrentibus, ovarii dorso adpressis munitus, 10—24^{mm} longus; dente dorsali tanquam retracto, a ceteris superato, ore igitur valde obliquo; calcare subascendente, rarissime incurvato. Petala 2, aut 6, quorum 2 maxima reflexa, 4 multoties minora vel minima erecta. Stamina semper 11, quorum exteriora exserta, raro subinclusa, penicilliformia nulla. Stylus ovario circiter aequalis vel duplo longior. Ovula 5—30, raro —62. — Species 8, quarum nulla in Brasilia, 4 in regno mejicano crescunt.

12. ***C. nitidula* H. B. K.** Calycis costae duae interiores pilis retrorsum versis rigidulis obtectae, calcar incurvatum. Petala 2, magna. Ovula 9—17. Pedicelli saepissime axillares vel ex internodii insequentis parte quavis orti; folia floralia ceteris haud minora.

***C. nitidula* ♂ × *pubiflora* ♀.** Calycis calcar incurvatum. Petala 2, maiora quam in 13, minora quam in 12. Flores solitarii ut in 12. Cetera inter 12 et 13 intermedia.

13. ***C. pubiflora* Benth.** Calycis costae interiores ut in 12, calcar subascendens, rarius fere rectum. Petala 2, minima. Ovula 5—6. Pedicelli semper „interpetiolares", inflorescentiis superne compositis; folia floralia suprema minuta.

14. ***C. Hookeriana* Wlprs.** Calycis costae interiores glabrae, calcar subascendens. Petala 6, quorum 4 minima; raro 2, anterioribus 4 deficientibus. Ovula 18—30. (Stamina saepius sterilia, minora). Folia anguste lanceolata et linearia; floralia plus minus minuta.

15. ***C. cordata* R. et P.** Calyx et petala ut in 14. Ovula 10—22. Folia opposita, ovata et lanceolata, suprema (floralia) minuta, basi plerumque cordata. Inflorescentia plerumque ramulis alternis composita.

16. ***C. verticillata* H. B. K.** Petala et calyx ut in 14. Ovula 12—22. Folia terna, rarissime in ramis opposita, oblonga et lanceolata, superiora paulo minora. Flores solitarii vel gemini in inflorescentia foliosa simplici.

Synonymorum index alphabeticus.

aequipetala Cav. icon. 4. p. 57 t. 382 f. 2 (add. f. 1.) . . . . n. 8.
apetala hort. mejic. = *micropetala.*
aspera hrb. Willd. = *aequipetala.*
atrosanguinea hort. Berol. = *nitidula.*
barbigera hort. Berol. (non Hook. Arn.) = *Hookeriana.*
bracteata Hook. Arn. Beech. voy. p. 289 (nec Lagasca) = ? *Hookeriana.*
bracteata Lagasca gen. et sp. hort. matr. 1814. p. 16 n. 212 forsan et Schauer Linnaea XX p. 723 certe = *aequipetala.*
cinnabarina hort. Berol. = *lanceolata.*
cinnabarina Planch. Fl. des Serres V. t. 527 = *Hookeriana.*
cordata R. et P. syst. veg. t. 1 p. 119 . . . . n. 15.
cordifolia H. B. K. nov. gen. VI. p. 206 = *cordata.*
corymbifera Mart. et Nees. in Flora 1821 p. 328 = *spicata.*
Danielsii hort. Berol. = *aequipetala* × *ignea.*
decandra Ait. hort. Kew. ed. 2 v. 3. p. 151 (nomen antiquius, sed erroneum!) = *hirtella.*
Donkelaarii hort. Berol. aliorq. = *nitidula.*
eminens Planch. et Lind. Fl. des Serres 10 p. 69 t. 994 = *micropetala.*
floribunda Hook. Arn. Beech. voy. p. 289 et 423 (non Lehm.) = *Hookeriana.*
floribunda Lehm. Linnaea VI. Literbl. 11 = *aequipetala.*
fruticosa Neuw. Reis. Bras. n. 31 = *spicata*
fruticulosa Schrad. ill. plant. Bras. in Goett. Anz. 1821 p. 715 = *spicata.*
fulgens, fulgida Fenzl ms. = *Hookeriana.*
Galeottii hort. Berol. = *pubiflora.*
hirtella H. B. K. l. c. p. 197 . . . . n. 3.
Hookeriana Wlprs. Rep. II. p. 107 . . . . . . n. 14.
ignea A. DC. in Fl. des Serres 1849, miscell. n. 248 . . . . n. 9.
Jorullensis Lindl. bot. mag. 87. t. 5232 (non Kth.) = *micropetala.*
lanceolata Ait. l. c. p. 150 . . . . n. 5.
lanceolata hortor. saepe = *procumbens.*
Llavea Lindl. bot. reg. t. 1386 (non La Ll. et Lex.) = *Hookeriana.*
Llavea hortor. saepe = *aequipetala.*
Melvilla Lindl. bot. reg. 10. t. 852 . . . . . . n. 11.
micropetala H. B. K. l. c. p. 209 t. 551 . . . . n. 10.
miniata A. Brongn. in Fl. d. Gwchshsr. II. Heft 1 t. 9 . . . . n. 7.
Neuberti hort. Carlsr. = *ignea?* × *miniata.*
nitidula H. B. K. l. c. p. 162 . . . . n. 12.
nudiflora Hofmsegg. in hrb. Willd. n. 9194 = *spicata.*
ocimoides Decsne, Journ. d'hortic. 1859 3. t. 3 = *aequipetala.*
parviflora Hook. exot. bot. III. t. 161 . . . . n. 2.
platycentra Lem. Fl. des Serr. 1846, t. 8 (non Benth.) = *ignea.*
procumbens Cav. l. c. p. 35 t. 380 . . . . n. 6.
procumbens var. fruticosa hort. Berol. = *aequipetala var.*
pubiflora Benth. pl. Hartw. n. 461 . . . . . . n. 13.
pubiflora hybrida hort. Berol. = *nitidula* ♂ × *pubiflora* ♀.
purpurea Lem. Fl. d. Serres 4. p. 412 et hort. = *procumbens* × *miniata.*
purpurea lilacina hort. Erf. verisim. = *purpurea* × *procumbens.*
racemosa Jamaicensis Spreng. syst. 2. p. 455 = *hirtella.*
racemosa Spreng. l. c. p. 451 = *spicata.*
scabrida H. B. K. l. c. p. 203 = *aequipetala.*
silenoides Nees, Linnaea X. Literbl. p. 71 = *lanceolata var.*
speciosa hort. Erf. = *purpurea* × *miniata.*
spicata Cav. l. c. p. 56 t. 381 . . . . n. 1.
strigillosa Lindl. bot. reg. 1846, 32. t. 14 = *pubiflora.*
strigulosa Lem. Fl. d. Gwchshsr. I. p. 87 (non H. B. K.) = *pubiflora.*
strumosa fl. mej. ined. = ? *micropetala.*
verticillata H. B. K. l. c. p. 207 t. 552 . . . . n. 16.
violacea Reg. Flora 1850 p. 354 = *aequipetala.*
virgata Cav. l. c. p. 57 t. 382 f. 1 = *aequipetala.*
viscosissima Jacq. hort. vind. II. p. 33 . . . n. 4.
viscosissimae anal. in Payer Organog. t. 95 = *pubiflora.*
Zimapani Roezl in Reg. Gartenfl. 1870 p. 81 = *lanceolata.*

APPENDIX TERTIA AD INDICEM SEMINUM IN HORTO BOTANICO BEROLINENSI ANNO 1873 COLLECTORUM.

CONSPECTUS

SPECIERUM, VARIETATUM, FORMARUM GENERIS **MEDICAGINIS** L.,
QUAE IN HORTIS BOTANICIS EUROPAEIS COLEBANTUR
VEL ADHUC COLUNTUR EARUMQUE SYNONYMA.

AUCTORE **J. URBAN.**

a) CONSPECTUS.*)

Sect. HYMENOCARPOIDES Gris.

1. ***M. radiata*** L.

Sect. LUPULARIA Ser. em.

2. ***M. lupulina*** L.
    - b. ***Cupaniana*** (Guss.) Boiss. Vexillum calyce plus duplo longius.
        - ***M. Cupaniana*** Guss.
3. ***M. secundiflora*** D. R.

Sect. FALCAGO Reichb.

4. ***M. ovalis*** (Boiss.) Urb.
5. ***M. arborea*** L.
6. ***M. hybrida*** (Pourr.) v. Trautv.
7. ***M. cretacea*** M. Bieb.
8. ***M. prostrata*** Jacq.
9. ***M. sativa*** (L.) Döll.
    - a. ***falcata*** (L.) Döll. Leg. pilosula vel glabrescentia, recta vel spiris $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ falcata; flores flavi.
        - ***M. falcata*** L.
    - b. ***glomerata*** (Balb.) Urb. Leg. glanduloso-pilosa, cochleato-contorta, spiris 1—$2\frac{1}{2}$; flores flavi.
        - ***M. glomerata*** Balb.
    - c. ***varia*** (Mart.) Urb. Leg. pilosula vel glabra, cochleato-contorta, spiris $\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$; flores versicolores.
        - ***M. varia*** Mart.
    - d. ***vulgaris*** Alfld. Leg. pilosula vel glabra, cochleato-contorta, spiris $1\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$. Flores caerulei.
        - ***M. sativa*** L.
10. ***M. suffruticosa*** Ramond.
    - b. ***leiocarpa*** (Benth.) Urb. Leg. glabra vel pilosula; venae crassiores, minus anastomosantes; semina ovalia.
        - ***M. leiocarpa*** Benth.
11. ***M. marina*** L.
12. ***M. saxatilis*** M. Bieb.
    - b. ***cuspidata*** (Tausch.) Urb. Flores minores, 4—$4{,}3^{\text{mm.}}$ longi.
        - ***M. cuspidata*** Tausch.

Sect. ORBICULARES Urb.

13. ***M. orbicularis*** (L.) All.
    - b. ***pilosa*** Benth. Leg. glanduloso-pilosa.
        - ***M. applanata*** Willd.
    - c. ***Biancae*** (Tod.) Urb. Leg. lentiformi-convexa spiris 6—7, venis crassioribus, magis obliquis.
        - ***M. Biancae*** Tod.
    - d. ***marginata*** (W.) Benth. Leguminum margines distantes.
        - ***M. marginata*** Willd.
14. ***M. Carstiensis*** Wulf.

Sect. INTERTEXTAE Urb.

15. ***M. muricoleptis*** Tin.
16. ***M. Granatensis*** Willd.
17. ***M. intertexta*** (L.) Gärtn.
    - a. ***Decandollei*** (Tin.) Urb. Spirae 6—8; Leg. lentiformi-convexa.
        - ***M. Decandollei*** Tin.
    - b. ***Panormitana*** (Tin.) Urb. Spirae 7—9; Leg. sphaeroidea.
        - ***M. Panormitana*** Tin.
    - c. ***echinus*** (DC.) Urb. Spirae 7—9; Leg. globosa vel ovalia.
        - ***M. intertexta*** Gärtn.
    - d. ***variegata*** Urb. Foliola purpureo-maculata.
18. ***M. ciliaris*** Willd.

---

*) Si quis de ratione specierum atque numero dissentit vel ex aliis causis nomina proposita saepe ampliora adoptare non vult, ei synonyma prioritate gaudentia singularum varietatum et formarum adjeci.

Sect. SCUTELLATAE Urb.

19. ***M. scutellata*** (L.) All.
20. ***M. rugosa*** Desr.

Sect. ROTATAE Boiss.

21. ***M. rotata*** Boiss.

Sect. PACHYSPIRAE Urb.

22. ***M. Soleirolii*** Duby.
23. ***M. obscura*** Retz. em.
  a. ***lenticularis*** (Desr.) Urb. Spirae $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$.
  α. ***inermis*** Urb.
  M. obscura Retz.
  β. ***aculeata*** Guss.
  b. ***helix*** (W.) Urb. Spirae $1\frac{1}{2}$—4.
  α. ***inermis*** Urb.
  M. helix Willd.
  β. ***aculeata*** Guss.
  c. ***tornata*** (W.) Urb. Spirae 4—8.
  α. ***inermis*** Urb.
  M. tornata Willd.
  β. ***muricata*** (W.) Urb.
  M. muricata Willd.
24. ***M. truncatula*** Gärtn. em.
  a. ***breviaculeata*** (Mor.) Urb. Aculei 1 — $1\frac{1}{2}^{\text{mm.}}$ longi.
  M. truncatula Gärtn.
  b. ***longeaculeata*** Urb. Aculei longiores.
  M. tribuloides Desr
25. ***M. rigidula*** (L.) Desr.
26. ***M. Pironae*** de Vis.
27. ***M. litoralis*** Rhode.
  a. ***tricycla*** (DC.) Urb. Leg. inermia, depressa.
  M. striata Bast.
  b. ***pentacycla*** Urb. Leg. inermia, cylindracea.
  c. ***depressa*** Urb. Leg. brevispina, depressa.
  d. ***cylindracea*** (DC.) Urb. Leg. brevispina, cylindracea.
  M. cylindracea DC.
  e. ***longiseta*** DC. Leg. longispina.
  M. litoralis Rhode.
28. ***M. turbinata*** Willd.
  a. ***inermis*** Aschs. Leg. inermia.
  M. turbinata Willd.
  b. ***aculeata*** (Gärtn.) Mor. Leg. spinosa.
  M. aculeata Gärtn. (aculeis brevissimis.)
  M. oliraeformis Guss. (aculeis longioribus).
29. ***M. globosa*** Presl.
30. ***M. tuberculata*** Willd.
  a. ***vulgaris*** Mor. Leg. tuberculato-rugosa.
  b. ***aculeata*** Mor. Leg. spinosa, spinis dimidia diametro longioribus.
31. ***M. murex*** Willd.
  a. ***aculeata*** Urb.
  M. murex Willd.
  b. ***inermis*** (Guss.) Urb.
  α. ***Sorrentini*** (Tin.) Urb. Leg. ovalia, majora.
  M. Sorrentini Tin.
  β. ***Sicula*** (Tod.) Urb. Leg. globosa, minora.
  M. Sicula Tod.

Sect. EUSPIROCARPAE Urb.

32. ***M. arabica*** (L.) All.
33. ***M. hispida*** Gärtn. em.
  A. ***microcarpa*** Urb. Gyri medii diameter $4—6^{\text{mm.}}$
  I. ***oligogyra*** Urb. Gyri $1\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$.
  a. ***tuberculata*** Urb. Leg. inermia.
  M. confinis Koch.
  b. ***apiculata*** (W.) Urb. Aculei crassitiem spirae longitudine aequantes.
  M. apiculata Willd.
  c. ***denticulata*** (W.) Urb. Aculei longiores.
  M. denticulata Willd.
  II. ***polygyra*** Urb. Gyri 4—6.
  d. ***inermis*** Urb. Leg. inermia.
  M. reticulata Benth.
  e. ***aculeata*** Urb. Leg. aculeata.
  B. ***macrocarpa*** Urb. Gyri medii diameter $7\text{-}10^{\text{mm.}}$
  I. ***tricycla*** (Godr.) Urb. Gyri $1\frac{1}{2}$—4.
  f. ***microdon*** (Ehrenbg.) Urb. Aculei crassitiem spirae vix superantes vel breviores.
  M. microdon Ehrenbg.
  g. ***longispina*** Urb. Aculei longiores.
  M. lappacea Desr.
  II. ***pentacycla*** (DC.) Urb. Gyri 4—6.
  h. ***breviaculeata*** Urb. Aculei crassitiem spirae vix superantes vel breviores.
  M. Terebellum Willd.
  i. ***longeaculeata*** Urb. Aculei longiores.
  M. nigra Willd.
34. ***M. praecox*** DC.

Sect. LEPTOSPIRAE Urb.

35. ***M. coronata*** (L.) Desr.
36. ***M. laciniata*** (L.) All.
  a. ***longispina*** Benth. Aculei dimidia diametro longiores.
  b. ***brevispina*** Benth. Aculei breviores.
37. ***M. minima*** (L.) Bartal.
  a. ***longiseta*** DC. Aculei diametrum longitudine aequantes.
  b. ***vulgaris*** Urb. Aculei breviores, sed dimidia diametro longiores.
  c. ***pulchella*** Lowe. Aculei crassitiem spirae longitudine vix aequantes aut deficientes.
  M. pulchella Lowe.
38. ***M. Tenoreana*** Ser.
39. ***M. disciformis*** DC.

b) SYNONYMA.

Hymenocarpus *radiatus* Lk = 1.

Medicago *acinulata* hort. = 9. a.
- *aegagrophila* hort. alior. = 33. i.
- *aegagrophila* hort. alior. = 2.
- *affinis* hort.: nondum vidi.
- *agrestis* Ten. = 25.
- *ambigua* Jord. = 13.
- *angulata* Lang. = 9. c.
- *apiculata* Willd. = 33. b.
- *applanata* Willd. = 13. b.
- *arabica* All. = 32.
- *arborea* L. = 5.
- *arenaria* Ten. = 27. e.
- *articulata* hort. = 33. a.
- *astroites* Bertol. = 23. b. β. spir. dextrors.
- *Berteriana* hort. nonn. = 33. a.
- *Berteriana* hort. Darmst. = 33. b.
- *Berteroana* Mor. = 33. a.
- *Biancae* Tod. = 13. c.
- *bimuricata* hort. = 33. b.
- *Bonplandiana* hort : nondum vidi.
- *Braunii* Godr. = 27. e. spir. dentrors.
- *brachycantha* Kern. = 37. c.
- *Calabrica* hort. = 20.
- *Candolleana* hort. Patav. = 17. a.
- *canescens* Jord. = 13.
- *canina* hort. = 33. h.
- *Capensis* hort. = 33.
- *carinata* hort. nonn. = 36.
- *Carstiensis* Wulf. = 14.
- *caspica* Jacq. = 33. c.
- *caspica* hort. Panorm. = 33. b.
- *catalonica* hort. Florent. et Lips. = 33.c
- *catalonica* hort. Hall. = 33. b.
- *catalonica* Schrank = 30. a.
- *ciliaris* hort. Carlsruh. = 33. c.
- *ciliaris* hort. Lips. = 33. i.
- *ciliaris* Willd. = 18.
- *ciliata* hort. Petropol. = 18.
- *cinerascens* Jord. = 25.
- *cinerascens* hort. Patav. = 2.
- *circinnata* L. = ***Hymenocarpus*** ***circinnata*** Savi.
- *cochleata* hort. = 13.
- *commutata* Tod. = 23. c. β.
- *confinis* Koch = 33 a.
- *conica* Schkuhr = 33. h.
- *constricta* D. R. = 29.
- *cordata* Desr. = 32.
- *coronata* hort. Darmst. = 33. c.
- *coronata* Desr. = 35.
- *corrugata* D. R. = 23. a. α.
- *crenata* hort. = 23. c. α.
- *cretacea* M. B. = 7.
- *cretacea* hort. Taurin. = 2.
- *Cupaniana* Guss. = 2. b.
- *Cupaniana* hort. = 2.
- *cuspidata* Tausch. = 12. b.
- *cylindracea* DC. = 27. d.
- *cylindracea* Godr. = 27. d. spir. dextrors.
- *cylindrica* hort. = 27. d.
- *Decaisneana* hort. = 17. c. affin.
- *Decandollei* Tin. = 17. a.
- *deformis* hort.: nondum vidi.
- *Delestrei* Spach = 27. e.
- *denticulata* W. = 33. c.
- *depressa* Jord. = 25.
- *diffusa* hort. = 8.
- *disciformis* hort. Hall. = 33. i.
- *disciformis* DC. = 39.
- *distans* hort. = 33. c. et g.

Medicago *Durieui* hort. = 24. b. affin.
- *echinus* DC. = 17. c.
- *echinus* hort. Hall. = 37. d.
- *elegans* Jacq. = 20.
- *falcata* L. = 9. a.
- *fenestralis* Gerh. = 38.
- *fimbriata* hort. = 33. b.
- *flexuosa* hort. Patav. = 33. b.
- *flexuosa* Ten. = 33. g.
- *fruticans* Horn = 7.
- *Gerardi* Kit. = 25.
- *Germana* Jord = 25.
- *globosa* Presl. = 29.
- *globulifera* hort. Taur. = 28.b.
- *globulosa* hort. = 28. b.
- *glomerata* Balb. = 9. b.
- *gracilis* Bivona = 27. e.
- *gracillima* Tin. = 33. c.
- *graeca* Horn. = 37. b.
- *Granatensis* hort. Taurin. = 37. a.
- *Granatensis* Willd. = 16.
- *helix* hort. Darmst. = 33. b.
- *helix* Willd. = 23. b. α.
- *heterocarpa* hort. nonn. = 24.
- *heterocarpa* hort. Petropol. = 33. c.
- *heterocarpa* Spach = 27 e.
- *hispida* Gärtn. = 33. c.
- *histrix* Ten. ad 33. i. acced.
- *Hornemannia* Ser. = 24. b.
- *hybrida* v. Trautv. = 6.
- *intermedia* Schult. = 9. a.
- *intertexta* Gärtn. = 17. c.
- *laciniata* All. = 36.
- *laevis* Desf. = 23. a. α.
- *laevis* hort. Petrop. = 33. a.
- *Langeana* Tod. = 23. c. β. affin.
- *lappacea* Desr. = 33. g.
- *leiocarpa* Benth. = 10. b.
- *lenticularis* hort. Taurin. 30. a.
- *leucantha* hort.: nondum vidi.
- *litoralis* Rhode = 27 e.
- *lupulina* L. = 2.
- *maculata* Willd. = 32.
- *marginata* Willd. = 13. d.
- *marina* L. = 11.
- *media* Pers. = 9. c.
- *microdon* Ehrenbg.
- *minima* Bartal. = 37.
- *mitissima* hort. = 24. a.
- *mitra* Willd. = 33. f.
- *mollissima* Roth = 37.
- *Morisiana* hort. Florent. = 33. c.
- *Morisiana* Jord. = 25.
- *Morisiana* hort. Taurin. = 24. b.
- *murex* Guss. = 24. b.
- *murex* Willd. = 31. a.
- *muricata* Benth = 28. b.
- *muricata* hort. Petropol. = 33. h.
- *muricoleptis* hort. Lips. et Florent. = 33. i.
- *muricoleptis* Tin. = 15.
- *neglecta* Guss. = 28. b.
- *neglecta* hort. nonn. = ***Hymenocarpus*** ***circinnata*** Savi.
- *Nepalensis* hort. = 2.
- *nigra* Willd. = 33. i.
- *nummularia* Bess. = 7.
- *nummularia* DC. = ***Hymenocarpus*** ***circinnata*** Savi.
- *obscura* Retz = 23. a. α.
- *olivaeformis* Guss. = 28. b.
- *olivaeformis* hort. Pisan. = 31. b. α.
- *orbicularis* All. = 13.

Medicago ovalis Urb. = 4.
- *Panormitana* Tin. = 17. b.
- *pedunculata* Ehrenbg. = 33. g.
- *pentacycla* DC. = 33. i.
- *Pironae* de Vis. = 26.
- *Pironae* hort. Taur. = 36.
- *plagiospira* D. R. = 22.
- *plumbea* Bert. = 23. b. *α*. spir. dextrors.
- *polycarpa* Willd. = 33. b.
- *polycephala* hort. = 33 c.
- *praecox* DC. = 34.
- *procumbens* Bess. = 9. a.
- *prostrata* Jacq. = 8.
- *pubescens* DC. = 30. a.
- *pubescens* Horn. = 24.
- *pulchella* Lowe = 37. c.
- *radiata* L. = 1.
- *recta* Desf. = 37. a.
- *reticulata* Benth. = 33. d.
- *rigidula* Desr. = 25.
- *rigidula* Willd. = 24.
- *rotata* Boiss. = 21.
- *rugosa* Desr. = 20.
- *Saccensis* Tin. = 17.
- *Sardua* Mor. = 33. b.
- *Sardoa* hort. Taurin. = 33. f.
- *sativa* L. = 9. d.
- *saxatilis* M. Bieb. = 12.
- *scutellata* All. = 19.
- *scutellata* hort. Petropol. = 33. d.
- *scutellata* hort. Taurin. = 13.
- *secundiflora* D. R. = 3.
- *Sicula* Tod. = 31. b. *β*.
- *silvestris* hort. = 9. c.
- *Soleirolii* Duby = 22.
- *Sorrentini* Tin. = 31. b. *α*.
- *sphaerocarpa* Bert. = 31. a.
- *sphaerocarpa* hort. Pisan. = 38. b.

Medicago sphaerica hort. = 31 a.
- *spinulosa* DC. = 30. a.
- *spinulosa* hort. Panorm. = 27. e.
- *stellulata* hort. = 37.
- *striata* Bast. = 27. a.
- *strummaria* Bernh. = 28. b.
- *subinermis* Bert. = 27. d. spir. dextr.
- *subinermis* hort. Panormit. = 27. b. spir. dextr.
- *subinermis* hort. Taurin. et Patav. = 27. b. spir. sinistr.
- *Tenoreana* hort. Florent. = 33. g.
- *Tenoreana* Ser. = 38.
- *tentaculata* Willd. = 24. a.
- *Terebellum* Willd. = 33. h.
- *Timeroyi* Jord. = 25.
- *tomentosa* hort. = 28. b.
- *tornata* Willd. = 23. c. *α*.
- *tornata* hort. Pisan. = 33. d.
- *tortuosa* hort. = 33. c.
- *tribuloides* hort. Carlsruh. = 28. b.
- *tribuloides* Desr. = 24. b.
- *trigonoides* hort. = 24.
- *truncata* hort. = 24. a.
- *truncatula* Gärtn. = 24. a.
- *truncatulata* hort. = 24. a.
- *tuberculata* Willd. = 30. a.
- *tuberculata* var. *syriaca* Tod. = 30. b.
- *turbinata* hort. Panorm. = 30. a.
- *turbinata* hort. Petropol. = 33. d.
- *turbinata* Willd. = 28. a.
- *uncinata* hort. = 25.
- *variegata* hort. = 17. d.
- *villosa* hort. = 25.

Pococcia ovalis Boiss. = 4.
- *radiata* Boiss. = 1.

Trigonella hybrida Pourr. = 6.
- *lapulla* hort. = 6.
- *ovalis* Boiss. = 4.
- *radiata* Benth. = 1.

TYPIS C. FEISTERI (L. MEWESII) BEROLINENSIS.

APPENDIX QUARTA AD INDICEM SEMINUM
HORTI BOTANICI BEROLINENSIS ANNI 1873.

CONSPECTUS
GENERUM ET SUBGENERUM **BROMELIACEARUM** GERMINE SUPERO AUT SEMIINFERO PRAEDITARUM ADJECTIS OBSERVATIONIBUS DE SPECIEBUS NOVIS NONNULLIS HUJUS ORDINIS.

AUCTORE **C. KOCH.**

1. Trib. TILLANDSIEAE.

Acaules, foliis pergameis, basi tantum aut omnino latis et in forma cyathi (utriculi L.) dispositis; rarius caulis ramosus, debilis, filiformis, foliis alternis. Flores elongati, saepius distichi. Capsula septicida: valvulis serius in partem exteriorem angustioremque et in partem interiorem latioremque solutis. Placentae basilares, basi valvularum adhaerentes. Funiculus umbilicalis post praegnationem ovulorum in stipitem elongatum sensim auctus et denique in vasa propria sua resolutus, false ab autoribus pappus nominatus.

I. ***Tillandsia*** L. Inflorescentia simplex vel composita, spicata: floribus distichis aut undique dispositis. Calyx 3sepalus: sepalis erectis aut sibi invicem incumbentibus. Corolla 3petala, plerumque esquamosa: petalis plerumque longe stipitatis, lamina patente aut reflexa. Stamina 6, hypogyna: filamentis filiformibus, rarissime epipetalis. Stylus filiformis: stigmatibus 3 patentibus. Funiculus umbilicalis (seminum stipes) erectus.

Tillandsia a Linnaeo corolla monopetala definita a Caraguatâ a Lindleyo serius institutâ non discrepat id quod Linnaeas ipse in horto Cliffortiano (p. 112) confirmavit. Species corolla tripetala contra Renealmiam appellavit, quae praeterea capsula triloculari a sua Tillandsia capsula uniloculari praedita distincta est. Postea Ranealmiae genus repudiatum cum genere Tillandsiae conjunxit, filius contra nomen Renealmiae pro alio plantarum genere proposuit.

Tillandsiae genus fortasse in pluria distribuendum est, si omnes species in statu vivo accuratius investigatae sunt, interea audeo sectiones naturales sequentes proponere.

1. sect. ***Strepsis*** Nutt. Caules filiformes, dependentes, foliis singulis, alternis obsiti. Pedunculus uniflorus. Sepala sibi invicem incumbentia. Germen ovulis paucis praeditum. Stylus brevis.

2. sect. ***Diaphoranthema*** Beer (Renealmia L. ad part.): Muscorum modo caespitosa, foliis alternis dense obsita. Pedunculus elongatus, 1—pauciflorus: floribus distichis. Sepala sibi invicem incumbentia. Petala parva, erecta. Germen ovulis crebris praeditum. Stylus brevis.

3. sect. ***Eriophorum.*** Basi ramosa, saepe radicibus nullis. Folia angustissima, basi congesta, in statu juvenili semper lepidota, in adultiore autem plerumque paleacea. Pedunculus pluriflorus: floribus distichis. Sepala erecta, dorso carinata. Petala calycem longe superantia. Stylus elongatus.

4. sect. ***Phytarrhiza*** Vis. Folia angusta, basi congesta, saepe rosulata, laevigata. Spica simplex vel composita: floribus distichis. Sepala erecta. Petala longe stipitata: laminâ permagnâ, subrotundâ, patente. Stamina inclusa. Stylus elongatus.

Huic sectioni etiam Tillandsia Lindeni Morr. inserenda est, quae autem jam ante annos nonnullos a cl. Lindeno nomen Tillandsiae cyaneae acceperat (v. C. Koch Wochenschr. f. Gärtn. und Pflanzenkunde X, 140).

5. sect. ***Cyathophora.*** Folia lingulata, in forma cyathi disposita, laevigata. Spica composita: spiculis distantibus. Flores undique dispositi. Sepala erecta. Petala elongata, ad partem supremam patula. Stylus elongatus.

6. sect. ***Synandra.*** Folia lingulata, in forma cyathi disposita. Spica simplex: floribus distichis. Sepala erecta. Petala elongata, ad apicem patula. Squamae nectariferae binae. Filamenta geniculata. Antherae in tubum connatae.

Sectio singularis ob antheras (Guzmanniae modo) connatas et ob habitum Vriesiae specierum.

7. sect. ***Macrocyathus.*** Folia lingulata, in forma cyathi disposita, laevigata. Spica composita: spiculis subdistichis. Sepala sibi invicem incumbentia. Petala elongata, ad partem superiorem divaricata. Stamina et stylus longe exserta.

8. sect. ***Pityrophyllum*** Beer. Folia angusta, vix rosulata, aspera, suprema colorata, bracteas repraesentantia. Inflorescentia brevissima: floribus undique dispositis. Sepala erecta. Petala elongata, laminâ brevi patulâ. Stamina et stylus paululum exserta.

II. ***Catopsis*** Gris. (in Nachr. d. Goett. Ges. d. Naturw. 1864. Jan. p. 10. Tussacia Kl. et Beer d. Fam. de Bromel. a. 1857, p. 21 et 99. nec Willd., quae planta dicotylea toto coelo diversa. Pogospermum Ad. Brongn. in Ann. d. sc. natur. Bot. 1864. p. 327). Inflorescentia simplex vel composita, spicata: floribus undique dispositis. Calyx 3sepalus: sepalis sibi incumbentibus. Corolla 3petala: petalis brevibus, apice patentibus. Stamina 6, hypogyna, inclusa: filamentis filiformibus. Antherae ovato-oblongae. Stylus brevissimus. Seminum stipes adscendens.

Pogospermum vitellinum Ad. Brongn. Tillandsia vitellina Kl., Tusacia vitellina Kl. et Beer a Catopse nutante Gris. (Tillandsia nutante Sw.) non differt.

III. ***Caraguata*** Lindl. Inflorescentia cymoso-capitata. Calyx 3sepalus: sepalis sibi invicem incumbentibus. Corolla monopetala: limbo 3fido, patente. Stamina 6, tubo corollae alte connata, apice tantum libera. Stylus filiformis: stigmatibus tribus brevibus.

IV. ***Guzmannia*** R. et P. Inflorescentia simplex, spicata: floribus undique dispositis. Calyx 3-sepalus: sepalis sibi invicem incumbentibus. Stamina 6, hypogyna, apice cum antheris in tubum connata. Stylus elongatus: stigmatibus erectis.

V. ***Anoplophytum*** Beer. Inflorescentia simplex, spicata: floribus undique dispositis. Calyx 3-sepalus: sepalis erectis. Corolla 3petala: petalis angustis, erectis, ad partem supremam patulis. Stamina 6, hypogyna: filamentis medio geniculatis. Antherae oblongae, filamentis longiores. Stylus elongatus: stigmatibus tribus erectis.

VI. ***Platystachys*** C. Koch. Inflorescentia composita, spicata: floribus distichis. Calyx 3- aut 2sepalus: sepalis sibi invicem incumbentibus. Corolla 3petala: petalis spiraliter convolutis, ad partem supremam patulis. Antherae oblongae, filamentis spiralibus latiores. Stylus elongatus: stigmatibus tribus tortilibus.

VII. ***Vriesia*** Lindl. Inflorescentia simplex, spicata: floribus distichis. Calyx 3sepalus: sepalis erectis. Corolla elongata, 3petala: petalis erectis, angustis, ad partem supremam in forma galeae dispositis. Squamae nectariferae binae. Stamina 6, basi petalorum adhaerentia: filamentis erectis, sub corollae galea exsertis. Stylus elongatus: stigmatibus tribus oblongis, rotundatisve.

VIII. ***Bonapartea*** R. et P. (nec Willd., cui Agavae species sunt). Inflorescentia composita: floribus distichis. Calyx 2sepalus: sepalis sibi invicem incumbentibus. Corolla 3petala: petalis spiraliter convolutis. Stamina 6, hypogyna, exserta: antheris versatilibus. Stylus elongatus: stigmatibus 3 tortilibus. Capsula medio septifera. Seminum stipes integer (nec in vasa propria sua solutus). Semen comosum.

Genus mihi dubium ob structuram capsulae et integritatem stipitum, quae signa semper in tribu Pourretiearum praeclara, sed in tribu Tillandsiearum aliena. Praeterea Bonaportea juncea R. et P. habitu cum nonnullis speciebus Platystachyos omnino congruit. B. strobilantha R. et P. contra fortasse rectius ad genus Caraguatae referenda est.

2. Trib. PITCAIRNIEAE.

Ad basin caulis surculi ex foliis brevissimis, saepe margine spinosis, in forma rosulae dispositis constantes. Folia carnosula-herbacea, in caule ad apicem sensim decrescentia. Flores elongati, undique dispositi (nunquam distichi). Capsula septicida: valvulis integris. Placentae centrales, valvularum marginibus insidentes. Ovula utrinque setâ longiore ornata. Stigmata spiraliter convoluta.

IX. ***Pitcairnia*** l'Her. Inflorescentia simplex aut composita, spicata aut racemosa. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, saepe dorso carinatis. Corolla 3petala: petalis elongatis, in galeae forma superne dispositis. Stamina 6, hypogyna, aut inter squamas nectariferas basi petalorum adhaerentia, sub corollae galea exserta.

1. sect. ***Neumannia*** Ad. Brongn. Folia iis Zeae Maydis similia. Spica simplex, densa: floribus sessilibus. Setae longissimae, ovulorum longitudinem pluries superantes.

2. sect. ***Lamproconus*** Lem. Folia iis Zeae Maydis similia, saepe in basi caulis disticha. Spica simplex densa, floribus brevipedicellatis, saepe albis. Setae ovulorum longitudinem vix superantes.

Pitcairnia polyanthoides Ad. Brongn. a P. recurvata (Puya) Scheidw. e sectione Lamproconi non diversa.

3. sect. ***Maydifoliae*** C. Koch. Folia iis Zeae Maydis similia, etiam in basi caulis undique disposita. Spica simplex, densa: floribus brevipedicellatis, saepe sulphureis. Setae longitudinem ovulorum vix superantes.

Cl. Beer has 3 sectiones in suum genus Phlomostachys collegit.

4. sect. ***Armigerae*** C. Koch. Folia elongata, sed iis Zeae Maydis nunquam similia, in basi caulis undique disposita, surculorum perbrevia, rosulam formantia, ad marginem spinescentia. Spica aut, saepius racemus simplex vel compositus: floribus saepe roseis et rubris. Setae longitudinem ovulorum vix superantes.

5. sect. ***Inermes*** C. Koch. Folia elongata, in basi caulis undique disposita, surculorum brevia, rosulam formantia, ad marginem inermia. Racemus simplex aut compositus; floribus rubris aut albis. Setae longitudinem ovulorum vix superantes.

X. ***Orthopetalum*** Beer. Inflorescentia simplex aut composita, racemosa. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, saepe dorso carinatis. Corolla 3petala: petalis elongatis, defloratis in tubum involutum contortis. Stamina 6, inter squamas nectariferas basi petalorum adhaerentia, exserta. — Folia omnia (caulis et surculorum) ad marginem spinescentia.

Genus mihi dubium, cujus species adhuc in statu vivo investigandae sunt. Melius fortasse sectio Pitcairniae?

XI. ***Cochliopetalum*** Beer. Inflorescentia simplex, raro composita, racemosa. Calyx 3sepalus: sepalis dorso convexis. Corolla 3petala: petalis elongatis, plerumque albis, laminâ revolutâ, defloratis non contortis. Stamina 6, hypogyna. Squamae nectariferae nullae. — Folia omnia carnosula, inermia.

3. Trib. POURRETIEAE.

Saepe caulescentes. Folia elongata, plus minusve carnosa, ad marginem saepissime spinescentia, interdum floccosa. Flores tubuloso-campanulati, undique dispositi. Capsula in stylum persistentem, elongatum attenuata, loculicida: valvulis integris, medio septiferis. Ovula saepe compressa, placentibus centralibus, margine valvularum adnatis insidentia.

XII. ***Pourretia*** R. et S. Inflorescentia simplex aut composita, racemoso-spicata aut cymoso-capitata. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, dorso convexis. Corolla 3petala: petalis calycem vix duplo superantibus, defloratis, saepe contortis. Stamina 6, hypogyna. Stigmata spiraliter contorta. Semina compressa aut angulata. — Folia ad apicem caulis sensim decrescentia, ad marginem spinescentia.

XIII. ***Puya*** Mol. Inflorescentia composita, maxima, spicata. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, dorso convexis. Corolla 3petala: petalis calyce longioribus, defloratis contortis. Stamina 6, hypogyna. Stigmata spiraliter contorta. Semina compressa, margine alâ latâ cincta. — Semper caulescentes. Folia ad apicem caulis et ramorum in forma resulae disposita, ad marginem spinis fortibus armata.

XIV. ***Encholirion*** Mart. Inflorescentia simplex, spicata. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, dorso convexis. Corolla 3petala: petalis calycem longitudine longe superantibus, defloratis non contortis. Stamina 6, hypogyna: filamentis filiformibus. Antherae denique versatiles. Stigmata 3, spiraliter contorta. Semina compressa. — Folia ad apicem caulis sensim decrescentia, vix carnosa, ad marginem spinis subtilibus armata.

XV. ***Garrelia*** Gaud. Inflorescentia composita, spicata. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, dorso convexis. Corolla 3petala: petalis calyce longioribus, defloratis non contortis. Stamina 6, hypogyna: filamentis latis. Antherae erectae, filamenti apici insidentes. Stigmata 3, spiraliter contorta.

Genus mihi adhuc dubium, in statu vivo nondum investigatum.

XVI. ***Dyckia*** Schult. fil. Inflorescentia simplex vel composita, spicata, semper lateralis. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, dorso concavis. Corolla 3petala: petalis luteis aut aurantiacis, calyce longioribus, defloratis non contortis. Stamina 6, epipetala: antheris erectis, recurvatulis, apici filamentorum aequilongorum insidentibus. Stylus brevis, in stigmata 3, erecta divisus.

4. Trib. COTTENDORFIEAE.

Plerumque caulescentes. Folia elongata, plus minusve carnosa, ad marginem saepissime spinescentia. Flores parvi, undique dispositi: petalis angustis, erecto-patulis. Stylus brevissimus, sed stigmata 3 magna, recurvata. Ovula compressa, placentis marginibus valvularum connatis horizontaliter affixa. Capsula septicida, valvulis integris.

XVII. ***Cottendorfia*** Schult. fil. Inflorescentia composita, maxima, spicata. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, inaequalibus. Corolla 3petala: petalis marginibus vix sibi incumbentibus, erecto-patentibus, albis. Stamina 6, hypogyna, demum excrescentia: filamentis dilatatis. Stigmata 3, crassiuscula, contorta. Semina membranâ cincta.

Cottendorfia guyanensis Kl. in herb. reg. Berol. (***Anoplophytum guyanense*** Beer) a ***Tillandsia parviflora*** non diversa est.

XVIII. ***Navia*** Schult. fil. Inflorescentia composita: capitulis aut fasciculis in axi spatharum. Calyx 3sepalus: sepalis glumaceis, inaequalibus, navicularibus, sibi invicem incumbentibus. Corolla 3petala: petalis albidis, inferne in tubum conniventibus, superne patentibus. Stamina 6, hypogyna: filamentis capillaribus, denique flexuosis et nutantibus. Stylus brevis, in stigmata 3 erecta solutus. Semina pauca, ovata.

XIX. ***Brocchinia*** Schult. fil. Inflorescentia composita, maxima, spicato-racemosa. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, aequalibus. Corolla 3petala: petalis calycis longitudine, superne fornicato-concavis. Stamina 6, ad partem inferiorem inter se et cum sepalis petalisque connata. Stylus brevis, in stigmata 3 brevia, erecta solutus. Receptaculum concavum, modo germine semiinfero sic dicto semina oblonga, utrinque appendice ensiformi-subulatâ instructa includens.

XX. ***Prionophyllum*** C. Koch mscr. Inflorescentia composita, spicata. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, dorso concavis. Corolla 3petala: petalis albis, in calyce aperto erecto-patulis. Stamina 6, basi petalorum adhaerentia: filamentibus filiformibus. Germen in stylum elongatum attenuatum. Stigmata tria in clavam spiraliter contorta. Ovula in parte inferiore tantum loculorum, exappendiculata.

XXI. ***Hechtia*** Kl. Inflorescentia composita, cymoso-capitata aut spicata, semper lateralis: floribus dioicis. Calyx 3sepalus: sepalis erectis, dorso concavis. Corolla 3petala: petalis longitudinem calycis duplo superantibus, laminâ patente. Stamina 6, hypogyna: filamentis filiformibus. Stylus in stigmata 3 erecta, conniventia solutus.

Hechtia Kl. et ***Hechtia*** Zucc. sine dubio generice seperandae sunt. Plantas vivas et masculas et femineas investigare ad hoc tempus frustra occasionem quaesivi.

CONSPECTUS

SPECIERUM GENERIS **DYCKIAE** SCHULT. FIL.

1. ***D. sulphurea*** C. Koch mscr.

Folia carnosa, iis Aloës similia, supra a basi ad apicem leviter concava, laevia, inferiora horizontaliter patentia. Marginis spinae fortes, basi latae, sursum arrectae. Scapus teres, simplicissimus, foliis squamaeformibus elongatis obsitus. Bracteae floribus longiores. Sepala lato-oblonga, sed acuminata. Petala stipite lato et laminâ latiore, patentissimâ, complicatâ, sulphureâ praedita. Filamenta opposita basi petalorum adhaerentia.

Folia $3\frac{1}{4}$ pollices longa, basi 9—10 lineas lata, ad apicem sensim attenuata, supra pallide virescentia, subtus albescenti- et viridi-striata. Spinae marginis minus distantes. Scapus $\frac{1}{2}$—1 pedalis, ab initio floccosus, postea glabriusculus, foliis squamaeformibus elongatis, aridis obsitus. Flores semipollicares, brevipedicellati. Bracteae lanceolatae, naviculares, floribus paululum longiores. Sepala lato-oblonga, sed acuminata, dorso convexa. Petala stipitata, laminâ patentissimâ, complicatâ praedita. Filamenta opposita basi petalorum adhaerentia, alterna hypogyna. Antherae cum basi filamentis insidentes, erectae, ex apice recurvatae.

Species ex horto botanico Halensi cum horto botanico Berolinensi communicata, sine dubio ex terris Montevidensibus introducta. *D. rariflorae* similis, fortasse tantum varietas flore sulphureo.

2. *D. rariflora* Schult. fil.

Folia carnosa, iis Aloës similia, supra concava ad partem superiorem complicata, laevia, inferiora horizontaliter patentia. Marginis spinae fortes, basi latâ, sursum arrectae. Scapus teres, simplicissimus, foliis squamaeformibus, elongatis obsitus. Bracteae elongatae, floribus longiores. Sepala oblonga, acuta. Petala stipite lato et laminâ parvâ, complicatâ, patentissimâ, aurantiacâ instructa. Filamenta opposita basi petalorum tantum adhaerentia.

Species in hortis saepissime culta, a cl. Martius in Brasilia detecta. In compendio »Systema vegetabilium auctoribus Roemer et Schultes, patre et filio« a Schultesio filio optime descripta est (Tom. VII, P. 2. p. 1195).

3. *D. remotiflora* Ott. et Dietr. Gartenzeitg. I, 129.

Folia crassa, supra paululum concava, glaberrima, mox recurvata, angusta. Marginis spinae distantes, setiformes. Scapus teres, elongatus, simplex, denique glabriusculus. Flores denique magis distantes, pedicello crasso insidentes. Calyx cum bracteâ aequilongâ glaberrimus. Petala supra basin connata, postea libera, laminâ minus complicatâ, patentissimâ. Filamenta opposita toti stipiti petalorum adnata.

Folia 6—8 pollices longa, supra basin 6 lineas lata, mox eleganter recurvata, angustata, ad apicem sensim attenuata, glaberrima, supra saepe laetevirentia. Marginis spinae distantes, curvato-arrectae, brunneae. Scapus saepe sesquipedalis et longior, simplex, denique glabriusculus, foliis squamaeformibus aridis, adpressis, 6—7 lineas longis dense obsitus. Flores semipollicares, bracteâ latâ ovatâ, apiculatâ, ab initio tomentosâ, postea glabrâ, sepalis ovatis aequilongâ fulcrati, pedicello crasso, turbinato insidentes. Petala stipite lato et laminâ magnâ patentissimâ, minus complicatâ. Antherae cum basi filamentis insidentes, erectae, ad apicem recurvatae. Stylus longitudine staminum, petalis brevior, stigmatibus tribus, erectis, contortis.

Patria secundum Otto et Dietr. Brasilia.

4. *D. gigantea* Lindl.
D. princeps Lem.

Folia crassa, supra concava, floccosa, postea glabriuscula, mox recurvata, angustata. Marginis spinae approximatae, setiformes. Scapus teres, elongatus, ramosus, raro simplex, foliis squamaeformibus obsitus. Calyx cum bracteâ aequilongâ denique glaberrimus. Petala stipite lato praedita, sed etiam laminâ magnâ, minus complicatâ. Filamenta opposita toti stipiti petalorum adnata.

Species maxima, e Brasilia in Angliam introducta, nunc etiam in hortis Europae continentis culta in diario: »Jardin fleuriste (III, ad tab. 224)« optime descripta est. In hortis saepe sub nomine *D. ramosae* culta.

5. *D. Montevidensis* C. Koch.

Folia crassa, complicata, angustissima, tomento densissime vestita. Marginis spinae approximatae, setiformes. Scapus teretiusculus, denique glaberrimus, foliis squamaeformibus obsitus. Flores approximati, sessiles. Calyx cum bracteâ aequilongâ glaberrimus. Petala supra basin connata, laminâ complicatâ patentissimâ. Filamenta opposita toti stipiti petalorum adnata.

Folia 9 pollices longa, a basi ad apicem complicata, angustissima, vix lineas nonnullas etiam supra basin lata, ad paginam inferiorem tomento aurantiaco densissime vestita, ad superiorem complicatam contra glaberrima, recurvata. Marginis spinae setiformes, nigrescenti-brunneae, vix 2 lineas inter se distantes. Scapus brevis, simplex, 6 pollices longus, denique glabriusculus, foliis squamaeformibus aridis, adpressis, 6—7 lineas longis obsitus. Flores semipollicares, bractea lata, ovata, sed subito in acumen attenuata sepalis ovatis, aridis aequilonga fulcrati, sessiles. Petala stipite lato praedita, laminâ magnâ patentissimâ, minus complicatâ. Stamina opposita usque ad laminam petalorum connata, alterna basi stipitis adhaerentia. Antherae cum basi filamentis insidentes, ad apicem recurvatae. Stylus longitudine staminum, petalis brevior, stigmatibus tribus, erectis, subcontortis.

Cl. peregrinator Sello hanc speciem in terra Montevidensi detexit. (Herb. reg. Berol.)

6. *D. Catharinensis* C. Koch mscr.

Folia crassa, supra concava, ad supremam partem complicata, glaberrima. Spinae marginis fortes, triangulares, horizontaliter patentes. Scapus compressus tomentosus, aphyllus. Flores minus distantes, oppositi singulive, pedicello crasso insidentes. Calyx cum bractea minore tomentosus, triente parte a petalis superne complicatis superatus. Filamenta basi inter se et cum petalis in annulum connata.

Folia 10 pollices longa, ad basin pollicem lata, ad apicem complicata, sensim attenuata, inferiora recurvata, superiora erecto-recurvata, suprema erecta, glaberrima, ad paginam superiorem virescentia, inferiorem contra albido- et virescenti-striata. Marginis spinae superne fuscae, 8—9 lineas inter se distantes. Scapus adscendens, 6—9 pollices longus, maxime compressus, tomento helvolo-nigrescente vestitus. Flores 6—8 lineas longi, bractea ovato-lanceolata, concava, dimidio breviore fulcrati, pedicello crasso, brevi, insidentes. Sepala elliptica, tomentosa. Petala exserta, recurvata. Stylus longitudine staminum, petalis brevior, stigmatibus tribus erectis, bistortis. Filamenta alternatim latiora. Antherae cum basi filamentis insidentes, recurvatae. Capsula semipollicaris, brunnea: valvulis apice bifidis, dorso 3-carinatis. Semina horizontaliter patentia, complanata, orbiculata.

Cl. Gaudichaud hanc speciem in insulae Santa Catarina provincia Santa Catarina detexit. (Herb. reg. Berol.)

7. *D. densiflora* Schult. fil.

Folia basi gibbosa, abrupte in acumen lanceolatum, canaliculatum, margine revoluto spinis fortibus armatum, albide lepidotum attenuata. Scapus teretiusculus, brevis, foliis squamaeformibus denticulatis obsitus. Flores minus distantes, tomentosi, pedicello brevissimo, crasso insidentes. Stamina basi tantum et cum petalorum basi connata.

In Brasilia Martius hanc speciem detexit.

De hac planta obscura ex descriptione Schultesiana tantum mihi cognitio est.

8. *D. dissitiflora* Schult. fil.

Folia ab autore non descripta sine dubio iis ***D. densiflorae*** similia, sed glabriuscula. Scapus magis compressus, elongatus, foliis squamaeformibus, vix denticulatis, inter se distantibus obsitus. Flores longius pedicellati, tomento pulverulento sordido vestiti. Stamina calyce longiora, ad medium inter se et cum petalis connata.

Martius hanc speciem in Brasiliae provincia Bahia detexit.

De hac planta adhuc obscuriore, quam ***D. densiflora***, ex descriptione manca Schultesiana tantum mihi cognitio est.

SPECIES NONNULLAE **BROMELIACEARUM** GERMINE SUPERO AUT SEMIINFERO PRAEDITARUM.

1. ***Platystachys latifolia*** C. Koch mscr.

Tillandsia latifolia Meyen.
Vriesia Kunthiana Gaud.

Folia infera cyathum non praeclarum formantia, oblonga-lanceolata, supra medium lanceolato-setacea, recurvata, utrinque lepidota, canescentia, superiora alte amplectentia, lamina breviore. Spica composita, permagna: spiculis multis, approximatis, saepe ad apicem viviparis et (ut apud Ananassam sativam cultam) comosis. Flores magni, sese tegentes. Bracteolae calycem diphyllum aequantes.

Maxima sui generis species fortasse ad 3 pedes se erigit. Folia pedalia et longiora, ab initio patentia, postea tamen recurvata, pergamenea. Spica composita, saepe pedalis et latitudine 4 et 5 pollicum. Spiculae 3-pollicares, latitudine 9 linearum, basi bracteâ sesquipollicari, lucente, sed evidenter striatâ fulcratae. Flores patentes, basi bracteola laevi, sed carinatâ, praediti, sesquipollicares. Stylus elongatus, superne tortilis, ut filamenta.

In regno Peruviano cl. Gaudichaud et Meyen collegerunt hanc speciem.

2. ***Platystachys Ehrenbergii*** C. Koch mscr.

Folia infera, cyathum formantia, ad inferiorem partem lato-linearia, laevia, sed sub lente lepidota, ad superiorem contra lanceolato-setacea, recurvata, subtus praeclare cano-lepidota. Spica composita: spiculis distantibus. Flores rhachi paene adpressi, distantes. Bracteolae margine pellucidae, calyce diphyllo minores.

Species, ut videtur, alta, fortasse 2—3 pedalis. Folia infera 2—2½ pedes longa, supra basin ad medium 15 lineas lata, supera autem sensim attenuata, denique convoluta, in tota pagina inferiore clare cano-lepidota. Caulis rubescens, superne spicam compositam, pedalem, ad basin contra 6—8 pollices latam ferens. Flores 1½—2 pollices longi. Sepalum alterum majus, ad apicem bilobum, alterum integrum. Bracteolae margine saepe glutinosae. Filamenta praeclare spiraliter contorta, antheras oblongas ferentia.

A mercatore Carolo Ehrenbergio in terris mexicanis, nec non in insula Indiae occidentalis Santa Thoma detecta et cum herbario hortoque regio Berolinensi, in cujus usum plantas collegit, communicata.

3. ***Platystachys patens*** (***Tillandsia***) Willd. reliqu.

Vriesia gracilis Gaud.

Folia infera cyathum non praeclarum formantia, ad partem inferiorem lata, sese amplectentia, ad superiorem contra involuto-setacea, recurvata, subtus cano-lepidota, superiora squamaeformia, scapum glabrum amplectentia. Spica composita. Flores distantes, patentes. Bracteolae canescentes, calyce triphyllo breviores.

Species in systemate vegetabilium auctoribus Roemer et Schultes, patre et filio, non commode descripta secundum specimina in herbario regio Berolinensi asservata a Gaudichaudiana ***Vriesia gracili*** non discrepat. ***Ph. aloifoliae*** (***Tillandsia***) Hook. ex habitu maxime accedit, sed differt ramis geniculatis et floribus patentibus, nec adpressis. Sine dubio autem eandem altitudinem attingit.

4. ***Tillandsia corallina*** (***Synandra***) C. Koch.

Vriesia corallina Reg.
Encholirion corallinum Lind. et Andr.

Folia lingulata, supra medium recurvata, cyathum formantia, ad apicem apiculata, ad paginam inferiorem brunnescentia. Flores distantes, ab initio virescentes, deinde lutei, horizontales aut refracti. Bracteolae dimidium florem ex longitudine superantes, corallinae.

Filamenta geniculata, antheras in tubum connatas ferentia.

Species florens $1\frac{3}{4}$—$2\frac{1}{2}$ ped. alta, rubescens. Folia sesquipedalia, 2 pollices lata, superne violascenti-glaucescentia, pergameneo-coriacea, caulina brevissima, ad squamam basi amplectentem, ceterum patulam, ad apicem recurvulam reducta. Spica complanata, ad apicem sensim attenuata, 1—$1\frac{1}{2}$ pedalis, ad basin saepe 4 pollices lata. Flores juveniles patentes, magis adulti horizontales, deflorati refracti, bipollicares, ventricoso-tubulosi, succum gummosum exsudantes, bracteolâ accumbente, $1\frac{1}{3}$ poll. longâ fulcrati. Sepala erecta, sibi invicem incumbentia. Petala paululum longiora, erecta, apice saepe virescetia, patentia, ad basin squamis binis magnis pellucidis praedita. Filamenta filiformia, ad apicem paululum crassiora, medio bigeniculata, superne conniventia. Antherae in tubum connatae. Stigmata rotundato-oblonga, horizontaliter patentia, fimbriata.

